¶Ad ꝓbationem ariſtotelis 2° de generatione. idem in ꝗ̄ptum idem ſemꝑ eſt natum facere idem: ⁊ per conſequens bonū. cum ꝯpletitas fundetur ſup̄ bonū ¶Dico. ꝙ ly idem: vel pōt excludere pluralitatem effectuum. vel varietatem ⁊ difformitatem. aliud eſt enim: poſſe habere plures effectꝰ ¶Aliud varios et diuerſos ¶Tunc dico ꝙ iſta ꝓpoſitio eſt vera de agēte naturali. ſi ly idem excludat varietatē ⁊ difformitatem. et tale agēs reſpectu eiuſdꝫ paſſi eq̄diſpoſiti ſemper effectus conformes producit nec poteſt poni inſtantia in aliquo: non ē autē vera de agente libero. tale enim poteſt reſpectu eiuſdꝫ effectꝰ varios cauſare per actum componendi ¶Si ā ly idem excludat pluralitatē effectuum. ſic ꝓpoſitio eſt vniuerſaliter falſa. tam de agēte naturali ꝙ̄ libero ut patet: vtrumq enim poteſt ī plures effectus ¶Ad primum 2ᵉ concluſionis dico. ꝙ actio dei eſt formaliter neceſſaria. eſt tamen virtualiter contingens. ſicut et ipſe deus. neceſſarium g̊ formaliter: virtualiter non eſt cauſa contingentis ¶Aliter poteſt dici ꝙ actio dei poteſt ſumi vno modo: ꝗ̄tum ad illud qd̄ dicit ꝑ modum ꝯnotati ¶Alio modo ꝗ̄tum ad illud quod dicit ꝑ modum obiecti terminantis. primo modo eſt contingens. 2° modo non ¶Ad 2ᵐ per idꝫ. ꝙ licet neceſſariū virtualiter non eſt cā contingentis. bene tamen formaliter.

¶Ad aliud 3ᵉ ꝯcluſionis dico. ꝙ finis debet attingi ab hijs que ſunt ad finem. nullo impedimento p̄exiſtente. In dampnatis vero eſt impedimentū: ¶Sed ad ꝯfirmationē ubi eſt difficultas: ꝑ quā ꝓbatur ꝙ actio dei fruſtra ſit ¶Dico ꝙ duplex ē agens: quoddꝫ in cuius defectu eſt. ꝙ ordinata ad finem non attingunt finem. ⁊ tale agit fruſtra. quoddam eſt agens in cuius defectu non eſt. ꝙ ordinata ad finem non attingunt finem. ſed permittit hoc in diſpoſitiōe ordinatoris. ita ꝙ quaſi ordinantur ſub conditione. puta fac hoc: ⁊ hoc habebis. et tale agēs non agit fruſtra. ſi ordinata ad finem non attingunt finem. ⁊ hec de tercio articulo

¶Sed circa capitulum de cauſis ſunt aliqua dubia ¶Primū eſt ſi eiuſdem rei poſſunt ēē plures cauſe

¶Reſpondeo. vt ponam aliquas diſtinctiones ¶Prima eſt: ꝙ cauſarum quedam ſunt eiuſdꝫ ordinis. quedam ſūt alterius ordinis ¶Dicuntur eiuſdꝫ ordinis. que in eodꝫ genere cauſe ſūt equeprīme ⁊ eiuſdem ſpeciei ¶Alterius ordinis. q̄ in eodꝫ genere cauſe ſunt eſſentialiter ordinate ſecundꝫ prius et poſterius. ⁊ ſunt alteriꝰ ſpeciei ¶Exemplum primi. vt duo homines eq̄ trahentes nauem ¶Exēplū ſecundi: Sol et homo generant hominem ¶2ᵃ diſtinctio: Cauſarum eiuſdꝫ ordinis. q̄dam ſunt totales. q̄dam ꝑtiales ¶Dicitur cauſa totalis q̄ in illo genere cauſe non eget ꝯcauſatione alteriꝰ ſecum ꝯcauſante. ſꝫ illā ſufficit ſola. Sed illa dicitur ꝑtialis. q̄ in illo genere cauſe non ſufficit ad cauſandꝫ effectū. ſed indigꝫ cauſatione cauſe alterius eiuſdꝫ ordinis ſecum concauſantes ¶ Exemplū p̄mi. Ignis generat ignem ¶ Exēm ſecundi. duo homines trahentes nauem q̊rum vnus non ſufficeret

¶ Tercia diſtinctio. Cauſarum q̄dam ſunt eiuſdem generis. q̄dam alteriꝰ. Eiuſdem generis. vt omnes efficientes in genere cauſe efficientis et ſic de alijs. Alterius generis. vt materialis et formalis ¶ Iſtis p̄miſſis pono aliqua dicta ¶ Primum dcm̄ ē. ꝙ eiuſdē effectꝰ pñt eē plures cauſe per ſe alterius generis et totales ¶ Hoc apparet in littera. qꝛ ſtatue ſunt plures cauſe. material. formalis. efficiens et finalis ¶ Idꝫ habetur 2° methaphiſice. vbi dicit. omnes modos cauſarum concurrere ad eundꝫ effectum. vt in factiōe domus. cauſa efficiens ē artifex. materialis ligna. formalis racio ſiue proporcio ſeu ꝯpoſitio domus. finalis. vſus ſeu habitacio ¶ 2ᵐ dictum ē ꝙ eiuſdem effectus poſſunt eē plures cauſe et eiuſdem generis totales. ſi ſint alterius ordinis. ſicut patet exemplo. Sol. n. producit hominē ⁊ homo. q̊rum quilibet eſt cauſa ſufficiens et totalis in ſuo ordine. Et quelibet earum eſt in genere cauſe efficiētis ¶ Terciū dictū eſt iſtud ꝙ eiuſdem effectus non poſſunt eſſe plures cauſe totales eiuſdem ordīs ¶ Hoc patet. qꝛ ſi ſic effectus non dependeret ab aliq̄ earum. ꝯſequēs eſt falſum g̊ ⁊ antecedens. ꝯſeq̄ntia probatur. ſint. a. et. b. cauſe totales ipſius. c. Patet ꝙ. c. non dependet ab illo. a. qꝛ poteſt eē ſine illo. qꝛ eſt ſufficienter per. b. cum ſit cauſa totalis illius ¶ Et eciam poteſt ꝓbari. ꝙ nō dependet eſſentialiter ab illo. b. qꝛ habet ſufficienter eſſe per ipſum. a. qꝛ ponitur cauſa totalis illius. ergo ipſum. c. non dependet totaliter ab illo. b. vel ab illo. a ¶ 3ª racio nichil facit contra concluſionē ſecundam. qꝛ cauſe alterius ordinis et totales non ſuperfluunt. p̄mo racione ordinis eſſentialis omnes requiruntur. et ſunt alterius racionis qdꝫ nō eſt in propoſito ¶ Quartum dictum ē iſtud. ꝙ eiuſdem effectus poſſunt eē plures cauſe eiuſdem ordinis. eiuſdem generis ſi ſint partiales ¶ Hoc apparet per exemplum. plures homines trahentes. ⁊ pater et mater in generatione prolis ¶ Secundum dubium pertractandum eſt. vtrum cauſa in actu ſimul ſit et non ſit cum ſuo effectu in actu ¶ Et videtur ꝙ nō qꝛ ſi ſic. in principio motus ceſſaret motus. Nam in p̄mo libro de generatione dicitur. habitibus preſentibus in materia ceſſat motus ¶ Accipiatur ergo aliqdꝫ efficiens. certū eſt ꝙ in principio ipſius motus eſt efficiens in actu. g̊ per conſequens erit effectus. et ſic ceſſabit motus et actio ¶ Preterea deus eſt cauſa per ſe. et ſemper in actu eſt. ꝙ autꝫ ſit cauſa in actu patet. qꝛ aliter p̊us fuiſſet cauſa in potencia et poſtea in actu et per conſequens mutaretur.

¶ Ad oppoſitum eſt ariſtoteles ī textu ponens duas ꝓpoſitiones Prima eſt iſta. ꝙ cauſa ī actu et effectus ſimul ſunt ⁊ non ſunt ¶ 2ª ē ꝙ cauſa in potencia non eſt ſimul cū effectu. vt domificator non eſt ſimul cum domo ¶ Rñdeo. vbi eſt ſciēdum. ꝙ eſt vna opinio quam ponit Egidius in ſecundo huius. ꝙ cauſa efficiens per motum habet duplicem effectum. vnum immediatum. ſcilicet ipſum fieri. aliud mediatuꝫ ſcilicet ipſum factum eſſe. ¶ Ex hoc dicit duo dicta ¶ Primum dictum ē iſtud. ꝙ iſta ꝓpoſitio eſt vera de cauſa ĩ actu et immediato effectu ſcilicꝫ fieri. ꝓbatur. qꝛ quando efficiens ꝑ motum eſt in actu. tunc mouet. et quando mouet: tunc eſt effectus in fieri gͦ ⁊c. ¶ Secundꝫ dictum eſt iſtdꝫ. ꝙ iſta ꝓpoſitio non eſt vera de cauſa in actu et effectu mediato. nō enim ſequitur ꝙ ſi domificator eſt domificans ꝙ domuꝫ ſit. ꝗꝗ ſit de hͦ non improbabo in preſenti ¶ Sed tamen dico aliter ſecundꝫ mentem ſcoti. vñ pono tria dicta ¶ Primū ē iſtd ꝙ iſta differentia inter cauſas in actu et in potencia reſpe̅ tu effectuum ꝓporcionabiliter acceptoꝝ. non eſt accipienda ꝗ̄tum ad illas raciones cauſe ad effectum. qꝛ ſic ſunt ſimul cauſa in potencia et effectus in potē cia. ſicut cauſa in actu et effectus in actu. Nam hec referuntur in eodem genere relacionis. ſcilicet 2ᵒ. ¶ Sed veritas huius dicti accipienda eſt de fundamentis relacionū. vt ſit ſenſus. ꝙ relaciones cauſe in actu et effectus in actu non poſſunt fundarĩ niſi in ente in actu. et ideo ſicut relaciones ſimul ſunt et non ſunt. ita et fundamenta earum. ſed relaciōes cauſe in potencia et effectus in potencia non requirunt fundamenta ĩ actu ideo non oportet fundamenta ſimul eſſe licet relacioneꝫ ſimul ſint. Nã ſi relacio cauſe in potencia fundatur in ente in actu: ſicut in illo edificato ⁊c. non oportet relacionem effectꝰ in potencia ſibi correſpondentem fundari in ente in actu. non enim oportꝫ ſimul exiſtere domificatorem ⁊ domificabile. qꝛ domificabile poteſt eſſe in ente in potencia ¶ Secundꝫ dictū eſt iſtdꝫ. ꝙ iſta differentia non eſt ĩtelligenda de fundamentis relacionū inq̄ntum ſunt fundamenta. qꝛ ſicut vtreqꝫ relaciones ſimul ſunt. ita ſimul ſunt fundamenta. hoc eſt. ſunt actu ſub illis relacionibus. ſed eſt ĩtelligenda de illis fundamentis comparatis ad exiſtentiam. qꝛ in cauſis et effectibus in actu queſtio eſt ſi poſſibile ſit. ꝙ vnū extremum exiſtit ⁊ aliud non. et ſic eſt intelligenda de cauſa ⁊ effectu ĩ potencia ¶ Tercium dictum eſt iſtdꝫ. ꝙ iſta differencia non eſt de fundamentis abſolute intelligenda. ſed acceptis ſub relacionibus. Nō eī ſeꝫ ꝙ ſi vnū fundamentum actu exiſtat. ſ. fundamentum cauſe in actu. ꝙ etiam ſimul exiſtat fundamentum relacionis effectus. qꝛ fundamentū poteſt actu exiſtere ſine relacione. ſed ſi fundamentum cauſe eſt ſub relacione in actu et in actu exiſtat. tunc fundamentum relacionis effectus exiſtat in actu. ¶ Eſt gͦ in ſumma ſic accipienda dr̃na iſta hinc ⁊ inde. nō ꝗdꝫ inter relaciones. qꝛ vtraqꝫ neceſſario ſunt ſimul. nec inter fundamenta relacionum. inq̄ntum fundamenta ſunt. qꝛ illa erunt neceſſario vtrumqꝫ ſimul cum ſine illis vt ſic non ſunt relaciones. nec inter ea q̄ ſunt fundamēta ſecundum ſe conſiderata. qꝛ vt ſic nec ſunt ſimul in actu nec in potencia ¶ Sed eſt ĩtelligenda differencia de fundamētis actu exñtibꝫ ſub reᵒnibus ꝯꝑatis ad exñtiam abſolute. nō ad exñtiam ſub relacionibus vt ſit ſenſus. ꝙ ſi cauſa eſt in actu ĩ q̄ fundatur. relacio cē in actu erit effectus ĩ actu. Sꝫ ſi eſt cauſa in potēcia ſicut domificator. non oportet ĩ actu aliqdꝫ ēē in q̄ fundetur relacio iſta ſed habere ſufficit ꝑ fundamēto eius in potencia ¶ Per hoc patet ad raciones ¶ Ad primam nego conſequentiam ¶ Ad ꝓbationem dico. ꝙ eo modo quo agens per motum eſt in actu. ⁊ effectus eſt in actu: modo ꝓpoſito. ſed dum motus eſt. ipſum agens non eſt cauſa illius effectus vſqꝫ ad vltimū inſtans: accipiendo tamen cauſam ⁊ effectum in actu et in fieri: cuiuſmodi eſt mouens in actu. tunc eciam ille effectus eſt in actu. s. ipſum fieri cuius eſt cauſa dū mouet: Ipſius autem facti eſſe. eſt autem cauſa ſolū ī actu poſt vltimū īſtans. ⁊ tunc cauſa ⁊ effectus ſunt ſimul ī actu. Vnde ſi cauſa ī actu eſt ī fieri. ſimul erit effectus ī fieri: et ſi cauſa ī actu ī facto eſſe. erit ſimul effectus ī facto ēē ¶ Quādo ergo dicit ꝙ habitibus ꝓſentibus ceſſ ¶ Dicendum eſt. ꝙ ꝓſente habitu ſeu effectu ī facto ēē ceſſat motus: non aliter ſic enim eſt tantum ꝓſens ī fine motus ¶ Ad 2m dico. ꝙ deus ſemper fuit. non tamen ſemper fuit ſub hac relacione. s. cauſa ī actu ¶ Qn̄ dicit ꝙ tunc fuiſſet mutatus. nego: quia agens voluntariū cuiuſmodi ē deꝰ voluntate antiqua non mutata: quādo placet poteſt cauſare ſine mutacione ſui. ſicut modo habeo voluntatem currendi cras. ſine mutaciōe voluntatis currā ¶ Similiter eſt de deo qꝛ quicquid fecit vel facturus eſt ſciuit vel voluit ſe facturum voluntate antiqua ab eterno. et ideo facit quicquid ſine mutacione ſui. facta ſolum mutacione ex parte effectus ¶ Ad raciones ꝓncipales reſpondeo ¶ Ad ꝓmā. non habeo ꝓ inconueniēti: ꝙ idē ſecundū diuerſa ēē: ſit cauſa ſui ⁊ ꝓus ſe. finis igitur q̄tum ad ēē intencionale. eſt ꝓus. q̄tum ad ēē reale cauſa ſui ¶ Exemplum poteſt dari de domo ꝓducta extra q̄ ꝓus concipiebatur. poſtea ī ēē producitur ¶ Ad ſecundū dico. ꝙ finis eſt cauſa ſꝫ ꝙ eſt ī eſſe ītencionali. licet non ꝓ illo ēē non tamen eſt q̄tum ad ēē reale ¶ Ad illud ꝓmū de generacione dico. ꝙ loquitur de termino motus: quando eſt realiter ꝓſens. vt ꝓductꝰ iſt per motum. tunc enim ceſſat motus non tamē eſt vt ſolum eſt: ꝓſens ī ītencione: non ī re vt ſatis patet ex precedentibus ¶ Ad tercium dico: ꝙ ſicut mouet ī ītencione. ⁊ q̄tū ad ēē ītencionale: ita habet eſſe actu q̄tum ad ēē ītencionale. qꝛ non mouet q̄tum ad ēē reale. ideo non oportet ꝙ habeat eſſe actu: q̄tum ad illud eſſe

Circa capitulum de fortuna īſiſtendo circa rerum cōtingentiam queram iſtam queſtionem. Vtrum deus habeat certam ⁊ īfallibilem noticiam cuiuſcūqꝫ iſtantis futuri contingentis ¶ Et videtur ꝙ non. Nam omnia tūc euenirent de neceſſitate: non contingenter. conſequens eſt falſum ergo antecedens. falſitas conſequentis ꝓbatur ¶ Tū qꝛ non oporteret laborare nec cōſiliari ¶ Probatur ꝯña. Illa pars cōtradictionis eſt a deo nota. puta me currere Tunc arguo ſic. Illa pars aduenit neceſſario. cuius oppoſita īpoſſibile eſt aduenire. ſed oppoſitum huius impoſſibile eſt aduenire. ꝓbo qꝛ eſt poſſibile aduenire vel nō. Si non habeo ꝓpoſitum. Si ſic ⁊ ponatur ī eſſe. deus deciperetur et falleretur ī cognitione. cum deꝰ cognoſceret ab eterno oppoſitum ergo ⁊ cetera ¶ Cōfirmatur. Illa cognicio non eſt īfallibilis cuius oppoſitum poteſt non ēē: ſed oppoſitum cognitionis poteſt nō eſſe cum ſit contingens ergo ꝑ eē ¶ Ad oppoſitum. qꝛ cognitio dei poſſet tūc mutari. conſequens eſt falſum ergo et antecedens. Falſitas conſequentis patet. qꝛ eius cognitio non diſtinguitur ab ipſo. et tunc per conſequens eſſet mutabilis. conſequentia ꝓbatur qꝛ omne fallibile eſt mutabile. ſi ergo nõ h̄eat noticiam infallibilem. haberet fallibilem ꝑ per conſequens mutabilem ¶ Rn̄deo (vbi ſit ꝓcedam) ¶ Primo enim videbitur: vtrū in futuro contingenti ſit aliqua pars determinata. antequam ponatur in eſſe ¶ 2° vtrū in rebus aliquis effectus eueniet contingenter ¶ Tercio videbitur ꝓncipale queſitū de noticia dei infallibili. reſpectu cuiuſcunqꝫ obiecti ¶ Quarto vtrū iſta cognitio infallibilis: importet aliquam neceſſitatē rebus ꝓcognitis et ꝓſcitis

¶ Quantum ad ꝓmum ſciendum eſt. ꝙ eſt vna opinio cuiuſdam doctoris q̃ etiam videtur philoſophi: ꝓ° periarmenias. ꝙ ĩ ꝓpoſitionibus de futuro contingenti neutra pars ē determinata ĩ veritate vel falſitate. ſed ſub diſiunctionē altera pars eſt vera vel falſa. vnde dicunt ꝙ iſtud principium de quolibet dicitur eē vel non eſſe: vel de quolibet dicitur affirmatio vel negatio eſt vera. aliter tenet ĩ materia contingenti. aliter ĩ materia neceſſaria. qꝛ ĩ materia de contingenti: licet ꝙtum ad preſens et preteritum ſit altera pars determinate vera et altera pars determinate falſa. In futuro autem neutra pars eſt determinate vera vel falſa: ſed indeterminate ſub diſiunctione. vt iſta naualē bellum erit cras. nec eſt determinate vera vel falſa. nec ſua oppoſita. ſed ſub diſiunctione puta ꝙ erit vel non erit. In materia autem neceſſaria vna pars eſt determinate vera et altera determinate falſa. ſiue ſit de preſenti ſiue de preterito. ſiue de futuro ¶ Pro iſta opinione ſic arguitur. Quia tunc omnia euenirent neceſſario ꝑ non oporteret conſiliari neqꝫ negociari. operari. nec aliqua talia facere. conſequens eſt falſum ergo et antecedens. falſitas conſequentis patet. Probatur conſequentia ¶ Tum quia omne quod poteſt eſſe et non eē: ē ĩdeterminatum. nullum determinatum ad eē vel non eē tantum. eſt indeterminatum ad eē et non eē. ſed omne contingens poteſt eē et non eē: ergo omne contingens eſt indeterminatum. Illud ergo quod eſt determinatum non poteſt eē contingens. qꝛ iſta pars ē determinata. ex quo ergo illa eſt determinata illa neceſſario eueniret. ꝑ ſua oppoſita eſſet impoſſibile euenire. aliter ſi eſſet poſſibilis. cum poſſibili poſito nullum ſequitur impoſſibile euenire.. ſequitur per conſequens ꝙ iſta non eſſet determinata ad eueniendum ¶ Confirmatur. Omnis effectus habet eē ĩ cauſa ſecundum modum ſue cauſe. ſed cauſa contingens eſt indeterminata ad vtrumqꝫ oppoſitorum In hoc enim diſtinguitur a cauſa neceſſaria ergo ꝑ ē ¶ Preterea illud quod ꝓſupponitur actioni cauſe. non eſt in poteſtate cauſe. ſed ſi effectus contingens eēt determinatus: illa determinatio ꝓcederet actionem cauſe. ergo ꝑ conſequens non eēt ĩ poteſtate cauſe: hoc autem eſt manifeſte falſum qꝛ omnis effectus eſt ĩ poteſtate ſue cauſe ergo ꝑ ē ¶ Confirmatur qꝛ q̃ro de iſta determinatiōe. qꝛ vel ē ab aliq̃ cauſa effectiue vel non. ſi ſic hoc non poteſt eē niſi ꝑ aliquã creationē vel actionē. ergo ꝑ conſequens cauſa contingens hꝫ actionē circa effectū antequam ponat ipſm ĩ eſſe quod videtur eē impoſſibile ¶ Et iterū querã de iſta actione per quã terminatur illa pars contingens. ſi anteꝙ eueniret erat determinata vel non. Si non g° nec alia p. ꝑ ꝯñs habetur ꝓpoſitum. ſi ſic queram ſicut prius de illa. oportet enim ꝙ ab aliquo determinetur. Nõ enim poteſt a ſe: qꝛ nil eſt cauſa ſui. nec a nullo g° oportet ꝙ ab aliquo. et tunc q̄ram de illo ſicut prius et ſic in infinitũ. Si autem dicatur. ꝙ non eſt aliqua hu9modi determinatio. g° illa non eſt in poteſtate cauſe. ꝙ ſi nõ g° nec per conſequẽs effectus erit aliqua contingentia.

¶ Et iterũ. qꝛ omne qđ eſt citra p̄mum eſt ab alio. g° oportet ꝙ iſta determinatio ſit ab alio

¶ Preterea illud qđ tranſit in p̄teritum. non eſt in poteſtate agentis. ſed ſi effectus contingens eēt determinatus anteꝙ poneretur in eē. eēt determinatus determinatione tranſeunte in p̄teritum. g° illa determinatio non eſſet in poteſtate cauſe agentis. g° per conſequens nec ille effectus ſequens qđ eſt falſum. qꝛ tũc nullus eſſet effectus contingens. g° p. ẽ

¶ Preterea determinatio aut poteſt mutari aut nõ. Si non g° eſt neceſſaria. et per conſequens effectus ei9 ſequens eēt neceſſarius et non contingens. Si poteſt mutari. quero per q̄d. aut per aliquã mutacionem priorem. aut per ſequentem. Non per ſequentem. qꝛ poſterius non eſt cauſa prioris. Nec p priorem. qꝛ nulla eſt prior iſta. qꝛ ſic querã de illa in infinitum

¶ Preterea omnis condicionalis vera eſt neceſſaria. ſed iſta. ſi petrus eſt determinatus ad gloriam ſaluabitur eſt cõdicionalis vera g° eſt neceſſaria. ſic de quacumqȝ alia ſuppoſita determinacione ad alteram partem. et ſic omnia euenient de neceſſitate. et tollet omnis contingentia

¶ Cõtra iſtã opinionẽ arguitur p̄mo. contra hoc qđ dicit. ꝙ iſtud p̄ncipium. de quolibet dicitur affirmatio vel negatio non tenet in ꝓpoſitionibus de futuro contingenti niſi diſiunctiue ſic: Nã quãcumqȝ negantur aliqua duo oppoſita p̄dicata abſolute: ab eodẽ negatur vtrumqȝ ſub diſiunctione. ſed in ꝓpoſitionibus de futuro contingenti. negatur vtrumqȝ oppoſitum determinate et abſolute. vt dicit. g° ſub diſiunctionẽ qđ negat. Maior h9 racionis probatur exemplo et racione.

¶ Exemplo p̄mo ſic. qꝛ homo nõ eſt lapis nec lignũ abſolute. ideo nec eſt lapis nec lignũ ſub diſiunctione. vnde ſicut ꝓpoſitio affirmãs iſta duo p̄dicata puta lignũ vel lapidem de homine abſolute eſt falſa. ita ꝓpoſitio enũcians vtrumqȝ iſtorum ſub diſiunctionẽ.

¶ Secundo probatur eadem maior racione hoc mo°. Comparatio quecumqȝ preſupponit extrema. ſed diſiunctio quecumqȝ ẽ quedam comparatio extremorum diſiunctorum. ergo veritas propoſitionis diſiunctiue preſupponit veritatem alterius partis. ergo ſi vtrũqȝ negatur abſolute. et per conſeq̄ns negatur ſub diſiunctione

¶ Preterea aliquis enuncians iſtam propoſitionem. cras erit nauale bellum. uel dicit verum vel falſum. ſi dicit verum. g° illa eſt vera veritate iam determinata. Si non erit ſimpliciter determinata in falſitatem

¶ Et iõ dico aliter

¶ Ad cuius euidenciam pono aliqua dicta

¶ Primum dictũ eſt iſtud. ꝙ duplex eſt indeterminatio. quedam eſt de ineſſe

¶ Alia ẽ de poſſibili. et iſta duplex indeterminatio reperitur tam ex parte cauſe: ꝙ ex parte effectus

¶ Indeterminatio

de inesse ex parte cause. quia causa indeterminata est ad agere et non agere. Sed indeterminatio de possibili est quia causa est indeterminata ad posse agere et posse non agere. ¶ Et dicitur causa prima de inesse que respicit extrema de inesse. 2a vero de possibili que respicit extrema de possibili. Ista enim duplex indeterminatio reperitur similiter ex parte effectus contingentis. Unde ex parte effectus dicitur illa de inesse. quia effectus est indeterminatus ad produci et non produci. ¶ Sed dicitur de possibili. quia effectus est indeterminatus ad posse produci et posse non produci. Unde ista de inesse est posterior illa de possibili. sicut agere est posterius posse agere. ¶ Secundum dictum est istud. quod quilibet effectus contingens antequam ponatur in esse. est determinatus determinatione precedente inesse. ita quod ista regula est vera antequam sit erit. et sua opposita est falsa. licet que sic illa sit nobis ignotum. ¶ Hoc dictum probatur sic. Illud quod non est determinate verum vel falsum non potest aliquo actu determinate sciri vel cognosci. sed quodlibet futurum contingens est determinate cognoscibile a deo ergo etc. Maior patet quia cognitio sequitur rem. si ergo determinate est cognoscibile. ergo erit in se determinatum. Minor patet primo per augustinum super genesim: qui sic dicit. Deus aliter non cognoscit facta et que fienda. sed certum est quod cognitio factorum est determinata. sicut et futurorum. ergo et fiendorum. ¶ Et iterum. quia nisi deus sciret omnia vel cognosceret futura contingentia determinate sed tantum indeterminate et sub disiunctione: sequeretur quod ego equaliter haberem noticiam de futuris sicut deus. De quocumque enim ego scio sub disiunctione quod erit vel non erit. ergo et deus. ¶ Preterea illud quod homo agit per electionem: prius determinat illud quam ponat in esse. sed illud tale est contingens. ergo futuro contingenti non repugnat: quod sit determinatum antequam ponatur in esse. licet ergo effectus contingens sit determinatus de possibili ante esse: et dum est in fieri: quia potest esse et non esse. tamen est indeterminatus de inesse et in fieri et ante fieri. In fieri certum est quod determinatur ad posse. quando est ut supra probatum est. et quo est determinate cognoscibile. ¶ Veruntamen est sciendum quod ista determinatio fit aliquando a divina voluntate. puta respectu ad ista que a deo eliguntur. aliquando autem a nobis: puta respectu ad actus qui sunt in potestate nostra. sic intelligendo non quod ego sum et determino me ad istum actum. sed quia deus ab eterno novit omnes causas propter quas videlicet ego debebam me determinare ad istum actum ideo determinatus est. et determinatum quod sic erit. et ideo deus determinate noscit et novit. ¶ Tertium dictum est istud. quod nullus effectus contingens est determinatus determinatione de possibili. immo indeterminatus. Nam illud quod potest fieri et non fieri. est indeterminatum determinatione de possibili ut patet ex dictis. sed quilibet effectus contingens. ut contingens est huiusmodi. ¶ Patet ex ratione contingentis. quia contingens est illud quod potest esse et non esse. Unde quando voluntas vult est determinata de inesse. quia vult. Et similiter quando ipsa voluntas non vult. est determinata ad non esse. et tamen potest velle et non velle. cum sit libera. est ergo indeterminata de possibili licet non de neceſſe. Sed ꝙ ad ar̃lem q̃ dicit ꝑmo periarmenias. ꝙ in futuro contingenti non eſt determinata veritas ¶ Dico ꝙ verum eſt quo ad nos. quia videlicet non poſſumus determinate ſcire. q̄ ſit illa pars que debet evenire. ab aliq̄ tamen intellectu eſt cognoſcibilis. oportet g° ꝙ ſit ĩ ſe determinatum ¶ Quartū dictū ē iſtud ꝙ p̄dicte due indeterminationes ſunt diſtincte et ſubordinate ſecundū p̄ius et poſterius. ꝓbatur ſic. q̄rumcūq; indeterminationū extrema ſunt diſtincta. et ſecundū p̄us et poſterius ſubordinata. et ille indeterminationes ſunt diſtincte et ſubordinate. ſed extrema iſtarum indeterminationū ſunt huiuſmodi g° et c. ¶ Maior patet. quia habitudines diſtinguuntur penes extrema. indeterminatio eſt q̄dam habitudo. cuius ſunt extrema indeterminata. Minor patet: quia agere et nō agere. poſſe agere et poſſe nō agere ſunt extrema diſtincta. et prius eſt poſſe agere et poſſe non agere. q̄ꝫ agere et nō agere g° et c. ¶ Quintum dictum eſt iſtud quod ſequitur ex predictis. ꝙ iſte due indeterminatiões ſunt ſine contradictione ſeparabiles ¶ Probatur. quandocunq; alique due ĩdeterminatiões ſic ſe habent ꝙ ſunt diſtincte et vna eſt p̄or altera. nō eſt ꝯtradictio ꝙ p̄ma ſeparetur a 2ª p̄us enim poteſt abſolui a poſteriori licet nō econuerſo ſed p̄dicte due indeterminationes ſunt huiuſmodi vt patz ex precedenti g° et c. Nō igitur eſt contradictio ꝙ aliq̄ cauſa ſit indeterminata ad poſſe agere et poſſe non agere. q̄ tamen eſt determinata ad agere vel non agere ¶ Sextū dictū eſt. ꝙ in hoc diſtinguitur cauſa contingens a neceſſaria. quia cauſa contingens eſt indeterminata ad effectum indeterminatione de poſſibili. puta ad poſſe agere et poſſe non agere. Impoſſibile autem eſt. ꝙ ſit indeterminata indeterminatione de neceſſe. quoniam cum agit ē determinata ad agendum. cauſa autem neceſſaria ſiue actio eſt determinata determinatione de poſſibili et de neceſſe quia neceſſario agit et non poteſt non agere. in hoc g° differt hec determinatio ab illa ¶ Septimū dictū eſt. ꝙ indeterminatio de poſſibili. ſtat cum ꝯtingentia p̄ciſe. ꝓbatur. cum illo ſtat p̄ciſe contingentia. quo preciſe poſito ponitur totaliter ratio ꝯtingentie. ſed poſita p̄ciſe p̄dicta indeterminatione ponitur tota ratio contingentie g° et c. Minor patet. quia contingēs eſt quod poteſt eē et non eē. Iſta autem ſolum ꝑtinent ad indeterminationem de poſſibili vt patet g° et c.

¶ Confirmatur quia effectus ꝯtingētes quando ſunt in eē poſiti: ſunt contingentes. antequam enim ſunt non ſunt contingentes nec neceſſario. g° ſequitur ꝙ dū ſunt tunc ſunt contingentes. ſed vt ſunt determinati de neceſſe ſunt indeterminati de poſſibili eo ꝙ poſſūt non eē ¶ Ad rationes predicte opinionis poteſt dici ſic ¶ Ad p̄mam nego ꝯſequentiam ¶ Ad ꝓbationem primam dico. ꝙ illud quod eſt determinatum de neceſſe et de poſſibili. euenit neceſſario. non autem illud quod eſt determinatum de neceſſe ¶ Vnde licet effectus contingens ſit determinatus de neceſſe non tamen de poſſibili ¶ Ad ſecundam ꝓbationem dico ꝙ illa pars ex quo eſt determinata euenit non tamen de neceſſitate ¶ Et cum dicis ſua oppoſita eſt impoſſibilis euenire. nego quia poſito poſſibili hoc nunq̄ eueniret ¶ Et cum probas poſito poſſibili in eē nullum ſequitur impoſſibile ¶ Dico ꝙ verum eſt nullo m impoſſibili precedente vel cui non eſt annexa aliqua impoſſibilitas ſicut declarabitur inferius de effectu contingenti ſtante noticia dei certa. cuius oppoſitū nunq̄ eueniret. quia ſi eueniret noticia dei poſſet falli. quod eſt impoſſibile. racione ergo huius impoſſibilitatis nunq̄ ponetur in eē. ¶ Ad confirmationem dico. quod quelibet cā contingens eſt indeterminata indeterminatione de poſſibili. nō tamen de inēē ¶ Ad ſecundū principale dico pro cuius euidentia ſciendū. quod quidā ſunt effectus contingentes quos ab eterno diuina voluntas determinauit puta mūdi creationem et illum debere creare. ſunt alij effectus quos deus dimiſit ī poteſtate noſtra et in noſtro libero arbitrio. non enim determinauit me deus ad peccandū ¶ De prima determinatione ponit ſcotus quod ſunt tria ſigna vel inſtancia. ¶ In primo ſigno ponuntur termini ſimplices in eēntia diuina ¶ In 2° complexiones quas voluntas determinat de terminis ſimplicibus ſibi oblatis ¶ In tercio ſequitur intellectus practicus dicens et intelligens illud quod voluntas determinauit de ipſis terminis ¶ Exemplum. In primo inſtanti intelligitur terminus ſimplex qui eſt ſaluatio et qui ē dampnatio ¶ In ſecundo ſequitur illa complexio. puta iudam dampnari. quantum ad iſtam determinationem patet quod iſta non preſupponitur actioni diuine voluntatis ¶ Sed pro iſta et pro illa dico ad formam quod aliquid preſupponi cauſe actioni poteſt eē dupliciter. vno modo per modum effectus. et iſto modo maior eſt vera ſed minor eſt falſa ¶ Alio modo per modū determinationis. et iſto modo maior eſt falſa. certum eſt enim. quod quando voluntas vult aliquod obiectum

vel homo per voluntatem aliquid elicit prius ſe determinat ad eliciendū hoc et tamen hoc non obſtante adhuc eſt in poteſtate cauſe vt contingenter ſe teneat et agat ¶ Ad confirmationem dico: quod agens eſt in poteſtate ad ſuam determinationē tantum per ſuam potentiam immediate nō mediante aliqua alia determinatione. ſicut per potentiam ſuā agens eſt in potentia ad agendū non mediante aliqua actione potentiali. aliter ſequeretur proceſſus in infinitū ſi ad nullam actionem et determinationem eē per ſe immediate in potentia ¶ Ad terciā probacionem poteſt dici vno modo. quod verum eſt de illo quod in preteritum tranſit per modū effectus non tamen per modum determinationis ¶ Aliter dicit ſcotus ad hoc in primo ſentenciarum in primam queſtione. vtrum predeſtinatus poſſet dampnari ¶ Dicit quod ſic. licet nunquam dampnetur. vnde ſicut deus contingenter ipſum predeſtinauit: ita contingenter ſtat in ſua predeſtinatione. vnde dicit quod iſta predeſtinatio non intelligitur per modū preteriti: nec ſic tranſit in preteritum. licet enim iſta coexiſtat preterito quod tranſiuit: nō tamen illa preteriit: ſed alia preterierunt que coexiſterunt ſibi ¶ Et ideo ipſe dicit. quod idem eſt deum predeſtinare et predeſtinaſſe et predeſtinatum eē. et ita contingens eſt vnum ſicut aliud. quia nichil eſt ibi tunc niſi eternitas menſurans illum actū qui non eſt preſens nec preteritum nec futurum. ſed coexiſtens omnibus illis ¶ Hec ille. vnde dico quod nō pōt fieri quin iſta determinatio eē fuerit facta. hoc tamen nō obſtante oppoſitū ē ī poteſtate eē ¶ Ad 4m ſi huiuſmodi determinatio poteſt mutari dico quod ſic. tamen de iāē nunquam mutabitur

Refert enim dicere aliquid posse mutari et ipsum mutari. ¶ Et cum dicitur quod poterit mutari per aliquam mutacionem. ¶ Dico quod illa causa vel potencia non mediante aliqua alia mutacione potest ipsum mutari. vel saltem est status in secunda et non erit processus vel deduccio. ¶ Ad quintum dico quod omnis condicionalis vera est necessaria necessitate consequentie. non tamen consequentis. quia non est necessitas ex parte antecedentis nec consequentis absolute. ¶ Dico ergo quod ista. si petrus est predestinatus saluabitur. est vera et necessaria. necessitate consequentie et necessitate condicionata. non autem absolute et consequentis. ¶ Sciendum tamen quod ad tercium argumentum respondet aliter Franciscus in alia questione. dicens quod actio contingentis potest sumi tripliciter. et eciam determinatio. ¶ Primo enim potest accipi actualiter. ¶ 2° mere potencialiter. ¶ 3° habitualiter. Actio sumitur actualiter. quando agens agit actu. ¶ Potencialiter vero. quando non agit sed potest agere. et non agere diuisim actione mediante quam habet non actu sed potencialiter. ¶ Sed habitualiter sumitur. quando licet actu non agat. est tamen determinatum ad agendum. actionem enim potencialem quodcumque agens licet non sit determinatum. potest tamen agere. sicut ex parte contingentis agentis actio potest sumi tripliciter. sic similiter ex parte effectus contingentis determinatio. ¶ Potest enim sumi tripliciter determinatio. ¶ Est enim quedam determinatio ex parte effectus actualis. qua quidem effectus contingens est actu determinatus. et hoc quando ponitur effectus actu. ¶ Alia est mere potencialis qua quidem agens antequam agat vel ponat. potest ipsum ponere vel non ponere diuisim. ¶ Alia est media. qua quidem agens est determinatum ad agendum non tamen actu agit: et hec est quasi habitudinalis. et secundum hoc dicitur quod quelibet determinatio sequitur actionem sibi correspondentem. actualis enim determinatio sequitur actualem determinationem. et potencialis potencialem. ¶ Per hoc ad formam tercii argumenti conceditur. quod illud quod presupponitur actioni actuali agentis. non est in potestate eius actuali. unde deus ab eterno non habuit creaturam in potestate actuali. quia nec illa creatura fuit ab eterno producta. et ideo quando dicitur in minori. quod huiusmodi determinatio presupponitur actioni cause. verum est actioni actuali. non autem habitudinali: et ideo concedo quod huiusmodi determinatio non est in potestate actuali nisi quando agens agit actu: vel elicit ipsum actum. est tamen in potestate habituali siue potenciali. et per hoc posset absolui quintum argumentum. si huiusmodi determinatio est mutabilis. ¶ Dico quod non mutabilis mutatione actuali. quia actu non est. sed mutatione potenciali. qua quidem causa potest potestate sua in aliam determinationem oppositam isti et impossibilem mutari.

¶ Quantum ad secundum articulum ubi erat uidendum. utrum in rebus sit aliqua contingentia. premitto primo istam distinctionem. quod duplex est contingens. quoddam enim vocatur contingens est per accidens et est quando effectus est contingens in ordine ad causas accidentales concurrentes causis per se ac impedientes. et iste est istorum generabilium et corruptibilium. huiusmodi enim effectus causarum naturalium: quoniam est de causis illorum preter intencionem proueniunt. quod autem procedat contingenter hoc est ex causis per accidens concurrentibus causis per se et impedientibus. et enim naturales ꝑ ſe dꝫ poſite remotis impedimentis nō poſſunt nō agere. ⁊ neceſſario agūt. ¶ Et hoc ē qḋ dicit ariſtoteles nono methaphiſice de talibus cauſis loquens Neceſſe eſt inquit hoc idem facere. illud vero pati. ¶ Ex quo patet ꝙ cōtingentia effectus cauſarum naturaliū habet quatuor condiciones ¶ Prima ē ꝙ eſt contingētia ꝑ accidens nō ꝑ ſe. Eſt enim hꝰmodi contingentia ex parte indiſpoſitionis materie. non autem in ordine ad cauſas per ſe

¶ Secunda conditio eſt: ꝙ eſt contingentia ſecundū quid. nō ſimpliciter. quoniam eſt in ordine ad cauſam vnam vt impedientem aliam. non autem eſt in ordine ad totum ordinem ad quiſitarum ¶ Tercia conditio ē. ꝙ ē contingentia priuatiua. non poſitiua. prouenit enim ꝯtingentia ex priuatione ſeu defectu alicuius cauſarum diſpoſitionis. cauſe enim debite vltima diſpoſitione priuate: non agunt

¶ Quarta ꝯditio eſt. ꝙ cōtingentia ē extrinſeca. nō intrinſeca. quoniā non eſt ex aliquo impedimēto intrinſeco ſed ex aliquo extrinſeco accidente ¶ 2° ē aliqua cōtingētia per ſe: qua quidem effectus eſt ꝯtingens in ordine ad cauſas per ſe eius. ⁊ poſitis omnibꝫ cauſis ꝑ ſe ⁊ remotis omni impedimēto. ille effectus poteſt poni ⁊ nō poni. Et hꝰmodi ꝯtingētia ē ꝯtingentia humanorum actuum ſeu voluntatis. De ꝯtingentia actus voluntatis ponit exemplum auguſtinus 2° de trinitate. ca° ſexto. de duobus hominibꝰ eiuſdē corporis ſecundū pulchritudinem. mente ⁊ corpore affectantibus pariter. quorum vnus mouetur ad bonū. alter in mala voluntate perſeuerat. videmus enim aliquādo de duobus bellantibus vel ludentibus ꝙ magis volumus aliquando ꝓ vno q̄ ꝓ alio. ſuppoſito tamen. ꝙ nulla ſit cauſa magis ex parte vniꝰ q̄ ex parte alteriꝰ ¶ De iſta ꝗ̄ ꝯtingentia loquēs ariſtoteles nono methaphiſice. poſtq̄ dicit ꝙ eadē ſciētia eſt ꝯtrariorum: ſubdit. neceſſe enim ē inquit alterum aliquid eē ꝙ ꝓpoſitum. dico ꝗ̄ appetitum. i. voluntatem. aut ꝓhereſim id eſt electionē. qḋ deſiderabat principaliter faciet. ¶ Et iſta ꝯtingentia ſicut prima habet quatuor ꝯdiciōes

¶ Prima ꝯdicio eſt. ꝙ eſt ꝯtingētia per ſe. non enim eſt ex aliquo tali accidente ꝯcomitante ſicut prima

¶ 2ª ꝯdicio eſt. ꝙ eſt ꝯtingentia ſimpliciter. ⁊ non eſt in ordine ad vnā cauſam vt impedibilem per aliam. ſed eſt in comparatione ad totum ordinem requiſitarum cauſarum ¶ 3ª ꝯditio eſt. ꝙ ē ꝯtingentia poſitiua. non priuatiua. quoniam non erit ex priuatione alicuius diſpoſitionis debite: ſed ex plenitudine perfectiōis illius cauſe ¶ Quarta ꝯdicio eſt. ꝙ eſt ꝯtingētia intrinſeca. non extrinſeca. ⁊ non eſt ex aliquo impedimēto extrinſeco ſicut prima. ſed eſt ex ꝑfectione diuine cauſe: reſpectu ſui effectus ꝯtingentis. et iſta eſt perfecta ꝯtingentia ¶ His p̄miſſis pono aliquas ꝓpoſitiones ¶ Prima ē iſta ꝙ in rerum natura: nō omnis effectus aduenit neceſſario ¶ Probatur iª propoſitio ſic. Quia aliter nō oporteret negociari nec ꝯſiliari. ſicut deducit philoſophus primo periermenias

¶ Confirmatur. Nulla ratio entis diuiſiua eſt in rebus impoſſibilis. ſed ꝯtingētia eſt ratio ētis diuiſiua. ens enī diuiditur per ꝯtingens et neceſſarium ergo ⁊c. Iſta ꝯtingētia in rebus eſt maīfeſta. ſpecialiter prima ꝯtingētia. que eſt effectuum naturalium Actio enī vniꝰ corꝑis ſup̄celeſtis ipe dicitur per actionē alterius. ¶ Et ideo non est multum considerandū ī signis astrologis. ⁊ ita apparet istā ꝯtingētiam ēē manifestam. ⁊ ideo negātes talia manifesta idigent sentēcia penali. ꝙ secundū phm ꝑmo methaphisice. negantes ꝑmū ꝑncipiū sunt uapulandi vel conburēdi. quousqȝ ꝯcedant ꝙ non est idem vapulare ⁊ nō vapulare. ꝯburi et non ꝯburi: ita similiter isti q̄ negant aliquid ēē contingens. expōdi sunt tormentis: quousqȝ concedant ꝙ possibile est eos nō torqueri ¶ 2ª ꝓpositio est. ꝙ ꝯtingentia secunda q̄ est per se: est eciam in rebus. ⁊ ista contingentia non ē ita manifesta sicut prima. vnde multi ponentes ꝑmam manifestam negant istam. ꝙ enim voluntas non uelit aliquid. hoc dicunt esse ex defectu alicuius ad volendū necessario req̄siti. omnibus enim concurrentibus: que requiruntur: dicunt voluntatē nō posse non velle. ¶ Ideo ꝓbo istam contingētiam sic. Omnis potencia mere libera agens. agit contingent̄. Sed voluntas ī quocumqȝ actu agit libere. cum sit quedā condicio annexa cuilibet actui voluntatis. et ꝓpt̄ hoc est meritum vel demeritum ¶ Preterea cuiuscumqȝ diuisionis alterum membrū est īnobilius ⁊ possibile. reliquū est possibile et nobilius. natura enim non deficit ī necessariis. sed contingētia diuiditur ī contingētiam per se et in ꝯtingētiam per accidens: que est īnobilior ⁊ ī rebus. ergo ꝑma est nobilior et ī rebus ¶ Tercia ꝓpositio est: ꝙ ponēdo primam causam necessario agere ad extra. nō potest tunc saluari ī rebus contingentia: ¶ Hec ꝓpositio fuit superius probata questione de fine. vbi eciam ꝓbatum fuit: ꝙ actio dei est contingens. vide ibi ¶ Quarta ꝓpositio est ꝙ eciā ī rebus est aliquis effectus casualis. ꝙ omne aduenīēs ꝑter itencionem agētis est casualis ⁊ fortuitus. sed aliq̄ effectus sunt huiusmodi tam ī agētibus a ꝓposito. q̄ ī aliis non agentibus a ꝓposito. Patet sic ꝙ aliquis vadit ad forū vt ibi emat. ⁊ obuiat debitori suo. a quo reportat pecuniam. Ista reportatio est a fortuna ī agēte naturali patet sic. ¶ Agēs enim vel generans ītendit sibi assimulare genitum. Si ergo ipsum agēs ꝓducat aliquid monstruum. vt ꝙ ꝓduceret aliquem gigantem. vel habentem sex digitos ī vna manu. ille effectus esset casualis. ¶ Causa autē vtriusqȝ. quare talis effectus dicitur effectus casualis vel effectus fortuitus est ista. Quia omne agens vel naturaliter vel a proposito agit propter finem vt probatur ī secundo huius. quando ergo aliquis ꝓducit finem quem ītendit et ad quem mouetur. tunc dicitur causa per se illius effectus et finis producti ¶ Si vero talis effectus moueatur ab vno fine et alium finem producit. hoc contingere potest dupliciter. ¶ Vno modo. quia vel illum quem intendit ⁊ a quo mouetur non producit: sed alium producit a quo non mouetur. ¶ Et tunc dicitur per se vane et frustra agere. vt habetur ī primo capitulo de fortuna ¶ 2º modo. quia vel producit finem ītētum et alium nō ītentum. et tunc non est actio sua vana nec frustra. quia habet intentum. et respectu eiusdē dicitur ꝑ se causa. ¶ Sed tñ est ꝑ accīns respectu finis producti nō ītēti. vnde semper quādo est aliq̄d a casu et a fortuna. illud idem qd̄ dicitur causa per accīns causal' ł fortuita respectu finis non intenti.

eſt per ſe cauſa determinata reſpectu finis itenti ¶ Verumptamen inter caſum et fortunam eſt iſta differencia . quod fortuna eſt ſolum in habentibus intellectum . caſus vero in hijs et in alijs . In plus enim ſe habet caſus quam fortuna ¶ Secundo ſciendum quod licet in comparatione ad iſta inferiora adueniat aliquid a caſu vel a fortuna . reſpectu tamen noticie dei nichil aduenit a caſu vel a fortuna . quia nichil aduenit preter intencionem eius

¶ Sed contra predicta arguitur . Oſtendo enim quod in rebus nulla ſit contingentia ¶ Primo ſic . Omne quod eſt quando eſt neceſſe eſt eſſe . ſed nunquam eſt niſi quando eſt . ſimpliciter ergo neceſſario eſt . ergo in rebus nulla eſt contingentia ¶ Confirmatur Illud quod eſt contingenter . eſt . quia illud quod nullo modo eſt nec eſt neceſſario nec contingenter . Omnis enim modificatio preſuppomit modificabile ſuum . cum modificatio ſit alicuius . contingentia autem eſt quedam modificatio actus : vel effectus . ergo ſequitur . quod res antequam ſit non ſit contingenter . ergo quando eſt neceſſario eſt ¶ Preterea omne futurum de neceſſitate eſt futurum cum idem de ſe predicatur cum modo neceſſarij . ſed omne quod neceſſario eſt futurum neceſſario eueniet ergo et cetera ¶ Preterea ad idem poteſt applicari ratio ſuperius facta de fine ſic . quod actio dei ſit neceſſaria : quo probato ſequitur . quod omnia euenient neceſſario . vt ibidem probatur . Et ſimiliter poteſt applicari ratio de preſcientia dei ¶ Reſpondeo ad primum Omne quod eſt ideo eſt et cetera . Thomas anglicus dicit in hoc ſecundo quod res antequam ſit . eſt contingenter : ſed quando eſt neceſſario eſt : quia cauſa in actu et effectus in actu neceſſario ſimul ſunt et ſimul ſunt et non ſunt ¶ Confirmatio prime rationis facit contra hoc quam vt credo nec ille nec aliquis eius ſequax poteſt euadere hoc tenendo

¶ Ideo dico aliter . quod iſta propoſitio : omne quod eſt et cetera : vel eſt compoſita vel diuiſa . Si compoſita ſic eſt vera . ſi diuiſa ſic eſt falſa . vnde omne quod eſt quando eſt in ſenſu compoſito neceſſe eſt eſſe . In ſenſu diuiſo contingenter eſt ¶ Ad cuius euidenciam ſciendum quod accidens et quicunque actus accidentalis . aliter comparatur ad ſubiectum cui accidit . aliter ad aggregatum . puta albedo vel iſte actus qui eſt currere : aliter comparatur ad hominem abſolute . aliter ad aggregatum : puta albedo ad hominem album vt curſus ad hominem currentem . Nam albedo vel quodcunque accidens comparatur ad ſubiectum tanquam ad illud cui contingenter eſt inexiſtens et non neceſſario . Sed comparatur ad aggregatum tanquam illud . cui neceſſario eſt inexiſtens . Impoſſibile eſt hominem eſſe album ſine albedine . nec hominem currere ſine curſu ¶ Ad propoſitum applicando dico . quod quando illa propoſitio . omne quod eſt : quando eſt compoſita : tunc comparatur actus ad aggregatum ex ſubiecto et accidente et ſic ineſt ſibi neceſſario et eſt ſic neceſſaria . quando autem eſt diuiſa comparatur actus ad ſubiectum per ſe . vt quemadmodum diuiſus ab actu : et vt ſic dictum eſt quod ineſt ſibi contingenter ¶ Confirmatur dicta ſolutio . Contingens eſt quod poteſt eſſe et non eſſe : ſed quando voluntas vult . cum velit libere contingenter vult . quia poteſt velle et non velle : et poteſt ſe priuari actu . ergo et cetera . vnde ſi voluntas quando vult . velit neceſſario : non haberet meritum nec demeritum . quod eſt falſum neceſſario. Unde dictum eſt ī primo articulo. ꝙ cum determinacione de ī eſſe ſtat īdeterminatio de poſſibili. tum quia q̄d indeterminatione. vt eſt dictum ſtat preciſe contingentia

¶ Ad ſecundum dico. ꝙ ly de neceſſitate vt poteſt determinare īherētiam p̄dicati ad ſubiectum, vel poteſt determinare predicatum ¶ Si primo modo. ſic maior eſt vera. ſed tamen propter hoc non ſequitur, ꝙ neceſſario eueniat. commutatur enim determinatio neceſſitatis ab īherentia predicati ad ſubiectum. ad predicatum tantum. et ſic implicatur fallacia conſequentis ¶ Si autem determines predicatum tantum. ſic maior eſt falſa

¶ Quantum ad tercium articulum vbi erat videndū de principali queſito. pono aliquas ꝓpoſitiones ¶ Prima eſt iſta. ꝙ effectus cōtingens ſecundū q̄d. puta naturalis ſtante generali īfluentia prime cauſe: poteſt determinate cognoſci ꝑ cauſas contingentes: ab aliq̊ finito ītellectu ¶ Hec probatur ſic. Effectus dependens a cauſis finitis ipſum neceſſario īferentibus. eſt determinate cognoſcibilis ab aliquo ītellectu finito ex quo ipſum neceſſario īferūt. Sed effectus naturalis contingens dependet ſeu ꝓuenit ex cauſis finitis ipſum neceſſario inferentibus ergo ꝓpoſitum

¶ Probatur antecedens q̄tum ad eius primam ꝑtem. quia nec eius cauſe ſūt īfinite. ꝓbatur. quia non eſt actu īfinitum ¶ Tū quia īter cauſas eſt ordo. in īfinitis non eſt ordo duodecimo methaphiſice ¶ Secunda pars minoris ꝓbatur. quia huiuſmodi cauſe naturales īferunt neceſſario ſuum effectū Patet. cauſe enim naturales ſolitiate diſpoſite neceſſario agunt nec poſſunt non agere nullo impediente.

¶ Ex quo patet ꝙ totus ordo cauſarum naturalium cuiuſlibet effectus naturalis eſt neceſſarius. ergo effectus q̄ ſequitur licet ſit contingens ſecundum q̄d. ſcilicet ī ordine ad unam cauſam tantum. pro q̄nto eſt impedibilis. n̄ tamen ī ordine ad omnes eius cauſas. Unde ſi omnes huiuſmodi effectus naturales non poſſunt a nobis determinate cognoſci. hoc eſt quia ꝓpter breuitatem vite noſtre nō poſſumus omnes cauſas eorum cognoſcere. nec omnes modos impediendi ¶ Hoc ē quod dicit auicēna primo methaphiſice. ꝙ ſi quis videret forte om̄s eclipſes. et omnes motus. quibus corpora ſupercaeleſtia poſſent impediri ab operationibus et quibus non poſſūt. poſſet vtique videre omnēs effectus futuros. ꝙ autem nunc quis fallitur ī talibus. hoc eſt quia fallitur ī cauſis vel ī modis cauſandi et impediēdi

¶ Secunda ꝓpoſitio eſt iſta. ꝙ nullus actus voluntatis futurus poteſt determinate cognoſci ab aliquo ītellectu finito. ſed ſolum ſuſpicatiue. Nam voluntas cum ſit libera a nullo neceſſitata: poteſt in vtrumque actum oppoſitum. Iſtum tamen deus poteſt per ſe ſcire

¶ Tercia ꝓpoſitio eſt iſta. ꝙ ītellectus diuinus ītelligit omnia a ſe ¶ Hec ꝓpoſitio ꝓbatur primo autoritate apoſtoli ad hebreos. capitulo quarto. Nō ē ulla creatura īuiſibilis ī conſpectu eius: quoniam omnia nuda et aperta ſunt oculis eius ¶ Preterea rōe arguitur ſic: ex parte obiecti omnis potencia ītelligēs perfecte aliquod obiectū. ītelligit quodcunque ītelligibile ſub rōe qua eſt ītelligibile per ipm. ſed ītellectus diuinus ītelligit eſſentiā ſuā ꝑfecte. q̄tū ē ītelligibil ergo et ītelligeret quodcunque ītelligibile per ipſam ſub ratione qua ītelligibile ē per illam et ſub propria racione. ſed omne aliud a deo eſt intelligibile per eſſenciam diuinam ergo ꝛc. Maior patet niſi enim intelligeret quodcunque intelligibile. per ipſum non intelligeret perfecte. Minor patet quantum ad ſecundam partem. prima enim quod intelligat eſſenciam ſuam patet: ideo probatur ſecunda. minus perfectum in ordine eſſenciali: eſt racio intelligendi a poſteriori magis perfectum. per creaturas enim deuenimus in cognicionem dei. Iuxta illud apoſtoli: Inuiſibilia dei per ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur. ergo multo magis perfectum erit racio intelligendi minus perfectum a priori. Conſequencia probatur. quia perfectum continet imperfectum magis quam econuerſo quanto autem aliquid magis continet aliud magis. tanto eſt magis racio intelligendi aliud. cum ergo deus ſit ens nobilius et perfectius toto ordine entium aliorum. et quodlibet aliud ens eſt racio intelligendi ipſum a poſteriori. ergo et ille erit racio cognoſcendi aliorum a priori ¶ Preterea arguitur ſic. ex parte potencie obiectum potencie limitacioris et inferioris. non eſt illimitatius et vniuerſalius obiecto potencie ſuperioris et illimitacioris. ſed diuinus intellectus eſt illimitacior quam noſter ergo ꝛc. ſed obiectum intellectus noſtri ſe extendit in generali ad omnia vt ens inquantum ens. ergo obiectum intellectus diuini ſe extendit aliquo ad omnia alia. et hoc in ſpeciali et ſub propria racione. cuiuſlibet enim cognicio in generali eſt cognicio confuſa et imperfecta. et ideo deo repugnat. oportet ergo quod ad omnia ſe extendat ſub propria racione ¶ Preterea illud quod continetur ab aliquo ſecundum propriam racionem et ſpecialem et perfectiori modo quam in ſe contineatur. illud quod continetur eſt racio illius perfecta cognoſcendi. ſed quodlibet aliud a deo continetur in deo perfectiori modo quam in ſe ergo ꝛc. Maior patet. Nam eius entitas eſt racio cognoſcendi ipſum. quod omnem continet entitatem continet cognoſcibilitatem. Minor probatur quia cum deus ſit infinite perfectionis: ſibi nulla perfectio deficit. et cum quelibet creatura dicat aliquam perfectionem ſequitur quod ſecundum illud quod eſt perfectionis. ſit in deo. et hoc eſt quod dicit opinio omnium doctorum ¶ Dicunt enim quod omnes creature et omnia alia a deo continentur in deo ſupereminenter. et in quodam eſſe ſupereminenti ¶ Confirmatur quia intellectus noſter intelligit deum. Vnde auguſtinus quinto de trinitate. Inuiſa diligere poſſumus incognita autem nequaquam. Intelligit eciam alia a ſe. ergo ſi intellectus diuinus non intelligit ſe. intellectus noſter erit illimitacior quam intellectus diuinus quod eſt manifeſte falſum.

¶ Preterea. Quecunque deus conſeruat et dat eſſe: punit vel retribuit de actibus bonis vel malis. intelligit. ſed deus omnia alia conſeruat omnibus dat eſſe creaturis. racionales punit de actibus malis et de bonis retribuit ergo et cetera. Nam aliter conſeruaret et daret eſſe. et non intelligeret cui daret. quod eſt manifeſte falſum et impoſſibile. Minor eciam patet de ſe ¶ Eſt ergo intelligendum. quod deus intelligendo eſſenciam ſuam tanquam obiectum primarium et adequatum intellectus ſui ſine aliquo diſcurſu et ſucceſſione. intelligit quecunque alia per eſſenciam ſuam. et eius intellectio non mutatur nec plura nunc intelligit quam prius nec econuerſo ¶ Quarta poſicio eſt quod deus per vnicum actum intelligendi indiuiſibilem intelligit se ⁊ queturiqꝫ alia a se. ita ꝙ iste actus non multiplicatur. sed manet vnicus et indiuisibilis.

¶ Ad q̄ntam ꝓbationē. ubi sciendū ꝙ duplices sunt partes. quedā sunt ꝑtes corporis que differunt spē. sicut manus a pede ꝛ capite ꝛ sic de aliis ¶ Alie sunt que differunt numero solum. ut una pars carnis ab alia. ¶ Et per hoc ad formam argumenti: Cū dicitur: aliter in duplo augmētaretur ¶ Dico ꝙ uerum est quelibꝫ in specie sed non quelibet ī numero uide ut itelligas ¶ Ad sextum dico ꝙ non oportet dare talem decisionē ꝑtiū qꝛ non transit alimentū p ꝑtes. sed p uenas mittitur ad omēs ꝑtes corporis. ꝛ recipitur in poris. ut uisū ē ¶ Ad septimū cum dicitur ꝙ augmentatio non differt a gñatione ¶ Dico ꝙ duplex ē gñatio: q̄dam simplex ut qn̄ generatur totum animal uel ꝑtes aīales ꝑncipal' ¶ Alia est generatio secundū q̄d. ut quādo generatur aliqua ps minima carnis ¶ Et ideo augmentatio nō differt a generatione ſ q̄d. sed tn̄ differt augmentatio ꝛ generatio simplex

Queritur. utrum relatio sit per se terminus motus. ¶ Et uidetur ꝙ sic. Illud qd̄ p se recipit magis ꝛ minus est p̄ terminus motus. sed relatio ē huiusmodi ergo ꝛc. Maior patet qꝛ suscipere magis ꝛ minus nō ē nisi intendi ꝛ remitti ꝛ hec sunt qd̄ motus. ꝓbatur minor. qꝛ duo que sunt similes in albedine unū tamē sit albius alio. pono ꝙ remittatur albedo ī albiori. ex quo sequitur ꝙ fiat silior q̄ prius fuit alteri ꝛ p consequens similitudo intenditur p̄. qꝛ nō intenditur ad intentionē fundamēti cū fundamētū remittitur. ergo ista intentio ē ī similitudine p̄ se ¶ Item racio phi p quā ꝓbat. ꝙ ad relationē nō ē motus ē ista. Impossibile ē aliqd̄ alicuius gñis ad qd̄ ē motus reperiri in aliq̄ de nouo sine eius mutatione. nā nulla mutatione facta in me factus sum similis sorti. ꝙ ista rōē formo in argumentū p oppositum Omnis res adueniens alicui nouiter qd̄ transmutatur ī aduētu huius est p̄ terminus hoc apparet p oppositum ad illā phi. sed relatione adueniēte fundamēto transmutatur p̄ fundamētū ergo ꝛc. Minor ꝓbatur. Omne qd̄ se hꝫ nunc aliter q̄ prius transmutatur sꝫ fundamētū adueniēte relatione ē huiusmodi qꝛ prius nō erat similis ꝛ modo sum similis

¶ Ad oppositum est aristoteles in racione sua iam dicta ¶ Respondeo. quod sic procedam primo premittam vnum preambulum 2° ponam aliquas conclusiones ex quibus patebit propositum ¶ Preambulum est istud quod est differentia inter actionem et mutationem et etiam motum. quia mutatio et motus continent duos terminos scilicet terminum a quo et terminum ad quem. quia omnis mutatio est ab opposito in oppositum. quia omnis mutatio est a quodam in quoddam in hoc quinto libro. vel a subiecto in subiectum sicut motus. vel ex non subiecto in subiectum sicut generatio. vel ex subiecto in non subiectum sicut corruptio. actio autem non continet nisi terminum ad quem. non terminum a quo nisi per accidens in quantum concurrit cum mutatione que continet duos terminos. quod autem est per se potest absolui ab eo quod est per accidens. et sic potest reperiri actio sine mutatione et motu. ¶ Unde secundum augustinum sexto de trinitate. Splendor qui gignitur ex igne atque diffunditur: esset coeternus vel coeuus si ignis esset eternus. si ergo ignis esset eternus sic splendor ignis esset per se terminus actionis ignis ab eterno. et tamen non esset terminus mutationis nec per se nec per accidens. quia non transiuisset de non esse ad esse aliter contradictoria sibi inuicem inessent: nisi verificentur per diuersa signa nature. sicut quidam doctor verificat quod tamen in precedentibus fuit improbatum. Similiter est aliud exemplum augustini decimo de trinitate capitulo 4°. Si pes ab eternitate et semper fuisset in puluere: semper sibi subesset vestigium quod quidem est causatum a pede. si ergo sic esset vestigium esset per se terminus actionis. et tamen non esset terminus mutationis nec per se nec per accidens. quia cum mutatio sit ab opposito in oppositum tunc puluis fuisset simul sub vtroque terminorum oppositorum quod est impossibile. et ita omnis forma coherens suo subiecto realiter distincta ab ipso est per se terminus actionis. non tamen est per se terminus mutationis. quia tunc subiectum esset simul sub vtroque oppositorum. quod probo quia in instanti generationis substantie generantur omnia illa accidentia naturalia. ut quantitas et qualitas quia substantia naturalis nunquam pro aliquo instanti est sine accidentibus naturalibus ¶ In primo instanti generationis: generatio quantitatis est alia a generatione substantie. quia quantitas est accidens absolutum realiter distinctum a substantia. et tamen mutatio ad quantitatem non est per se alia a mutatione ad substantiam. probatur. quia cum omnis mutatio sit de opposito in oppositum et subiectum in eodem instanti non potest transire de opposito in oppositum. quia tunc simul esset sub vtroque oppositorum ergo mutatio per se tantum est ad substantiam et per accidens ad quantitatem.

¶ Et cum actio per se est ad vtrumque ergo aliquid per se potest esse terminus generationis licet non sit per se terminus mutationis et hec est intentio philosophi 5° metaphysice textu de actione sic ait: Omnia enim que fiunt ab aliquo fiunt: ex aliquo: et aliquid huiusmodi. aliquid dico secundum quamlibet cathegoriam autem non: hoc aut quantum quale aut quando. hoc autem ex quo fit dicimus materiam. huius autem a quo eorum que natura sunt aliquid ¶ Ecce ergo hic philosophus manifeste dicit quod facere non continet nisi tria a quo fit quod est agens: et ex aliquo quod est materia: sed quod exponit ipse et dicit in terram. et hoc aliud quod est terminus ad quem et non ponit plus. ergo de ratione actionis non est habere terminum a quo sed terminum ad quem ¶ Hoc premisso pono aliquas propositiones ¶ Prima propositio est ista. quod res cuiuslibet predicamenti est per se terminus actionis distincte ab actione alteri⁹ predicamenti: excepta tamen actione.

¶ Hoc ꝓbaᵗ sic. Illud qd non icludit i termio ṗ° alicu⁹ actiõis formaliter eēntialiter, nec realiter realitate ydemptica non accipit eē ꝑ ꝟtutem illius actionis. patet. quia ꝟtus cuiuscumqȝ actionis nõ extendit se ꝟltra terminũ ꝓ̇pũ inclusũ in ipso eēntialiter: vel ꝑ realitatem ydempticam. sed res vni⁹ ṗdicamẽti nõ ē realiter in re alteri⁹ ṗdicamẽti. quia ṗdicamẽta sunt realiter distincta. nec realiter ꝑ realitatẽ ydẽpticam. quia tunc vnũ nõ posset eē subiectũ alteri⁹. cũ idem non potest eē sine se. g̊ res vnius ṗdicamenti non accipit eē ꝑ actionẽ ꝓ̇priam terminatam ad rem alteri⁹ predicamenti. g̊ qdlibet predicamentũ accipit esse ꝑ quandam actionẽ ꝓ̇priam excepta actiõe que nõ ē termin⁹ actiõis. quia tunc eēt ꝓcessus in infinitũ.

¶ Dices forte. ꝙ res vnius predicamenti includitᵘʳ ꝟtualiter in re alteri⁹ predicamenti.

¶ Ad hoc autem ꝙ termin⁹ actiõis secundarius accipiat eē ꝟtute ṗmi termini: sufficit ꝙ includatur in ṗmo termino ꝟtualiter

¶ Contra. quilibz effectus includiᵗᵘʳ ꝟtualiter in sua cã. g̊ ad hoc ꝙ aliquid ꝓducatur ꝑ actiõez alterius termini nõ sufficit ꝙ includatur q̇ditatẽ i ipõ. similr creatura manȝ ꝟtualiter in creatura. et tamen nõ accipit eē ꝑ ꝓductionẽ ꝟbi diuini. sed ꝑ ꝓ̇priam ꝓductionẽ. quia tũc fuisset ꝓducta ab eterno.

¶ Sicut ꝟbũ manet ꝟtualiter i patre. et tamen ꝟbũ accipit eē ꝑ ꝓductiõez ꝓ̇priã: ꝑ quã non accipit esse pater. g̊ ad hoc ꝙ termin⁹ 2ᵃri⁹ accipiat eē ꝑ actionẽ ṗmi termini nõ sufficit ꝙ includatur ꝟtualiter i ipõ

¶ Item ad ṗncipale. Omne qd accipit eē de nouo: accipit ꝑ actionẽ imediate terminatã ad ipm. quia ꝑ actionez terminatã solum mediate nõ accipit eē nisi solum mediate. sed res cuiuslibet predicamenti accipit eē de nouo. g̊ ꝑ aliquã actionẽ immediate terminatam ad ipsam. sed actio imediate terminata ad vnũ predicamẽtũ. nõ põt terminari imediate ad aliud. quia eadem actio limitata nõ potest terminari realiter ad terminos realr diuersos. oȝ g̊ ꝙ termin⁹ 2ᵃri⁹ actiõis distinct⁹ realr a ṗ° termino i⁹ actiõis nõ accipiat eē imediate ꝑ actionẽ ṗmi termini. sȝ ꝑ ꝓ̇priam actiõez

¶ Item hoc ꝓbo de relatione specialiter sic. Si re° accipiat eē ꝑ actionẽ absolutã. aut hoc eēt ꝑ actionẽ fundamẽti: aut ꝑ actionẽ termini. Nõ ꝑ actiõez termini.

¶ Tũ quia actio q̄ nõ attigit subm alicu⁹ forme nõ attigit illã form. sed actio termini cum sit subiectiue in ipõ termino: non attigit subm relationis opposite. g̊ nõ attigit relationẽ oppositam.

¶ Tũ 2° quia actio c⁹cunqȝ agẽtis limitati cõcernit certam distantiam agentis ad effectum. cum non possit agere i distans infinitũ. sed vnũ correlatiuũ non concernit certam distantiam ad aliud correlatiuũ. g̊ non accipit esse per ꝓductionẽ alteri⁹ correlatiui. nec etiam accipit esse per productionẽ ipsius fundamenti.

¶ Tum ṗmo. quia relatio accipit eē de nouo post generationem fundamenti.

¶ Tum gcã quia forme contrarie non accipiunt esse per eandem actionem in numero. sed illud fundamentum refertur ad diuersos terminos et hoc contrariis respectibus. sicut eadem q̇litas q̄ ē maior respectu vnius est minor respectu alteri⁹. Minor patet. quia sunt 2° respectus contrarij. g̊ relatio nõ accipit eē immediate per actionem fundamenti nec ipsius termini. g̊ seqᵗᵘʳ ꝙ relatio haȝ eē per ꝓ̇priam actiõem

¶ Secunda ꝯ° est. ꝙ nulla res ē ꝑ se terminꝰ mutationis: nisi tantum substātia quātitas qualitas ꝛ vbi: ꝛ hoc loquendo de mutatione naturali. hec ꝯ° ꝓbatur sic. Illud qđ positis extremis ponitur in eodē instanti cum eis non accipit eē ꝑ mutationē ꝑ se sed solum ꝑ accidens. ꝓbatio. quia oīs mutatio est de opposito in oppositum sed extrema alicuius forme non possunt transire in eodē instanti de opposito in oppositum. quia tunc simul eēt sb̄ vtrisqꝫ oppositoꝝ. ergo quicquid accipit eē in eodē instanti cum extremis distinctis ab eis non est ꝑ se ꝛ ꝓprie terminꝰ transmutationis. sed relatio de gñe relationū ponitur in eodē instanti in quo ponuntur ambo extrema ergo ꝛc̄.

¶ Confirmatur. quia illud qđ non habet ꝓprium oppositū non habet ꝓpriam mutationem. cum omnis mutatio sit de opposito in oppositum. sed illud qđ ponitur alio posito: ꝛ tollitur alio sublato non habet ꝓprium oppositum in i° subiecto. quia tunc illud subiectū in eodē instanti eēt sub vtroqꝫ terminoꝝ oppositoꝝ. sed relatione posita vtrumqꝫ extremū ponitur. ergo nō est per se terminꝰ mutationis: sed ꝑ accidens. Idem potest intelligi de qualibet alia forma ¶ Sed contra ꝑdicta arguitur primo contra primam ꝯclusionem sic. quicquid est per se terminꝰ actionis refertur ꝑ se ad agens sicut ꝓductū ad ꝓducens. Sed relatio non refertur ad causam ꝑ modū relationis ꝓducti ad ꝓducens quia tunc relatio eēt subiectum alterius relationis ꝛ sic eēt abire in infinitū

¶ Contra 2^am^ ꝯclusionem arguitur. Omnis actio noua est mutatio. quia mutari est aliter se habere nunc quam prius sed relatio potest adquiri de nouo quando adquisito fundamento de nouo. sz solum adquisito termino de nouo. ergo talis adquisitio noua relationis erit noua mutatio. quoniam noua actio est noua mutatio. ergo ad relationem est mutatio noua alia a mutatione fundamenti ¶ Item generatio secundū quid est mutatio secundū quid. sicut generatio simpliciter est mutacio simpliciter. sed omne illud qđ est ꝑ se terminꝰ actionis: est ꝑ se terminꝰ generationis. ꝛ generatio secundū quid terminatur ad qđlibet ꝑdicamentū relatio per se est actio. ergo ad qđlibet ꝑdicamentū ꝑ se est mutatio. nō tantū ꝑ accidens ¶ Respondeo ad primum ꝛ dico. quod duplex est relatio. quedā est effectꝰ ad causam siue ꝓducti ad ꝓducens. ꝛ ita ꝓprie non refertur ad ꝓducens: sed est racio referendi ꝓductū ad ꝓducens. qđ est relatio alia ab ista sicut est relatio similitudinis ꝛ equalitatis ꝛ sic de multis aliis. ꝛ ista relatione ꝓductū nō refertur ad ꝓducens nisi mediante prima relatione ꝛ talis relatio ē subiectum prime relationis ꝛ refertur ꝑ istā. et in prima relatione ꝛ non ꝓcessus in infinitū. et sic ꝯcedo ꝙ relatio vniꝰ rōis fundatur sup relatione alterꝰ rōis. nec ē ꝓcessus in infinitum: sicut nec sequitur in aliis accidentibus ¶ Cū ergo dicitur ꝙ omnis forma q̄ est ꝑ se terminus actionis vel refertur ad agens denominatiue sicut subiectum relationis: vel refertur ad agens eēntialiter ꝛ ꝗditatiue: sicut ipsa relatio ꝓducti ad producens refertur ad ꝓducens eēntialiter ꝛ ꝗditatiue. non autem fundamentaliter ꝛ denominatiue. sed alie relationes ab ista referuntur ad agens materialiter ꝛ denominatiue: nō eēntialiter ꝛ ꝗditatiue. subiectumqꝫ enim ē tale subiectum denominatiue: propter aliqđ qđ est tale eēntialiter est status in illo qđ est eēntialiter tale ¶ Ad aliud dico. ꝙ eo modo quo actio noua est eodem modo est mutatio noua. ſi ꝑ ſe. ꝑ ſe. ſi ꝑ accńs: ꝑ accidens adqſitio relationis eſt noua: ſiue ꝓpter adqſitionē fundamenti. ſiue ꝓpter adqſitionem nouū termini ē noᵃ non autem ꝑ ſe ſed ꝑ accidens ꝓpter mutationem oppoſiti ꝙ ſi terminꝰ fuiſſet coequeuꝰ fundamento: relaº fuiſſet coequeua vtriqꝫ. ꝙ autem non ſit coequeua vtriqꝫ hoc eſt ꝑ accńs quia ipſa extrema non ſunt coequeua ad inuicem. ꝛ ſic ab alio habet aliqd ꝙ ſit terminꝰ actōis noue: ꝛ ab alio ꝙ ſit terminus noue actionis diſtincte. ꝙ ꝙ ſit terminꝰ actōis diſtincte hoc habet ꝙ eſt ens diſtinctū ꝙ autem ſit terminus actionis noᵉ hoc habet ab extrinſeco. ꝙ aliq̄ ſua cauſa eſt noua. ¶ Et ita ꝙ relatio ſit noua: hoc non habet ꝑ ſe ex natura ſua: qm̄ tunc eēt per ſe terminꝰ mutationis. ſed hoc habet ab aliqua cauſa noua ꝛ ideo eſt terminꝰ mutatōis tantum per accidens ¶ Ad aliud dico ꝙ generatio ſecundū ꝙ poteſt ꝯſiderari dupliciter. vel ipſum mutaº et ſic eſt tantum i 4ᵒʳ ꝑdicamentis lꝫ licet per accidens ſit i quolibet ꝑdicamento. vel ſolum vt eſt ſimpliciter ꝑductio rei vt diſtinguitur ꝯ mutationem ꝓpe dictam. ꝛ ſic concedo ꝙ eſt ꝑ ſe in quolibet ꝑdicamento excepto ꝑdicamento actionis ¶ Hijs viſis reſpondeo ad rationes ad rationes ꝑncipales ¶ Ad ꝑmam concedo maiorem ¶ Ad minorē dico. ꝙ relaº ꝑ ſe non ſuſcipit magis ꝛ minꝰ. ſed per accidens ꝛ ꝑ aliud. puta ꝑ intenſionem et remiſſionem fundamenti. ita ꝙ relatio aliquādo intendibitur ad remiſſionē fundamenti: ſicut arguebatur. aliquādo remittitur ad intenſionem fundamenti. vt ponatur. ꝙ duo ſint equaliter alba. intendatur albedo in uno: ꝛ certe ꝙ ſtatim ſit minꝰ ſimiles. ¶ Etiā poteſt intendi vel remitti ad intentionē vel remiſſionē alterius extremi ¶ Ad 2ᵃᵐ ibi pono talem ꝓpōnē. ꝙ fundamentum cui nouiter aduenit relatio neceſſario mutatur in aduentu relationis. ¶ Et qn̄ dr: ſine mutatione fundamenti ipſiꝰ fundamentum factū fuerit ſile alteri ¶ Dico ꝙ mutari eſt dupliciter. vno modo ad ſe. alio modo ad alterū. ꝑᵒ modo eſt in abſolutis. 2ᵒᵒ eſt in reſpectiuis: ꝛ ꝑmo modo intelligit ariſtoteles. ꝙ ꝑ relationē nō ē mutaº i ſubo ꝛ i fundamēto

Queritur. vtꝝ vbi ſit ꝑ ſe terminꝰ motus localis. ¶ Et videtur ꝙ non. ꝙ ꝙd non ſuſcipit ſecundū ſe ꝑ ꝑncipiatorem magis ꝛ minꝰ. nec eſt in ipſo eſt ꝯrietas. ꝙ ab uno vbi i aliud vbi non eſt maxima diſtantia ſaltem inter ꝯtrarios ꝙ ꝛc. ¶ Item locus eſt ꝑ ſe terminꝰ motꝰ localis. ꝙ non vbi. ꝯña pꝫ ꝙ vnꝰ motꝰ ꝯtie ē ad vnū terminū ꝯtie hoc hꝰ. locus. ꝙ ꝛ vbi dent ꝯtie ꝙ ꝛc. Añs patꝫ ꝙ motus capit denoiationē a termino ad quē hoc hꝰ. motus ꝙ localis dr̄ a loco ¶ Oppoſitū. tū ꝑ. ꝙ dre motus localis ſunt dre loci puta ſurſꝰ ꝛ deorſū ¶ Item nulla forma adqſita diuiſibiliter ꝛ indiuiſibiliter eſt ꝑᵉ terminꝰ motus. patet. motus eſt adqſitio ꝑtis poſt ꝑtem. ſed vbi hꝰ ad indiuiſibile nō ē motus. qꝛ accidit mobili tē ꝛ totum ſit ꝛ ſic deꝑdi² totum ſit. ꝙ ꝑ ſe totum ineſt mobili in uno inſtanti. et nunqꝫ poſtea erit in uno mobili nec ꝑ ſe totum nec ſecundū partem. ſed vbi eſt hꝰmodi ꝙ ꝛc. ꝑbaº ¶ In motu locali mobile i uno inſtanti habet vbi ꝛ nunqꝫ poſtea habebit aliquā partem ipſius vel non. ſi detur quod ſic habetur habetur propoſitum. quia vbi deperditur totum ſimul: et per conſequens accipitur totum ſimul. ¶ Si detur quod non: tunc illa pars vbi quam dicis habet mobile in alio: aut erat in eadem parte mobilis in qua prius erat vel in alia. ſi detur quod in eadem: tunc illa pars quieſcit: quia habet continue idem vbi: et tunc totum mouebitur localiter parte quieſcente quod eſt impoſſibile. ¶ Si detur quod ſit in alia parte quam in illa in qua prius erat: tunc migrabit de parte in partem et de ſubiecto in ſubiectum. ¶ Confirmatur. quia ſi aliquid mouetur ab uno vbi in aliud. quero an maneat idem vbi an non. ſi maneat in deſcendente et ipſum mobile recedat: tranſmigrat de ſubiecto in ſubiectum. ſi non maneat vel ergo corrumpitur vel defertur cum mobili. Non corrumpitur vt videtur. eo quod cauſatur ex circumſcriptione loci et locus maneat immobiliter. videtur ergo quod ipſum vbi manebit. ſi defertur tunc ad illud vbi non eſt motus. quia motus eſt reſpectu non habiti: vbi autem ſemper in principio habetur ¶ Item vbi eſt circumſcriptio corporis locantis etc. ſed circumſcriptio conſiſtit in indiuiſibili: et ita quod quocumque addito variatur iſta circumſcriptio. ergo indiuiſibiliter acquiritur. non autem per motum

¶ Item ſi ad vbi eſſet motus: ille motus eſſet in tempore. ſed in quolibet tempore ſunt infinita inſtancia in actu: et in quolibet inſtanti eſt mobile motum in aliquo vbi adequato in actu. ¶ Ex quo ſequitur quod ſi motus eſſet ad vbi poſſibilis: poſſibile eſſet quod infinita in actu iam eſſent pertranſita. ſed infinita in actu pertranſita implicat contradictionem. ergo illud ex quo ſequitur ſcilicet motum eſſe ad vbi. ¶ Dicetur. quod inſtans in tempore eſt in potencia ſolum et eodem modo mutatum eſſe in motu. propter quod dicitur. quod mobile dum continue mouetur non eſt in vbi niſi in potencia. ¶ Contra quodlibet inſtans in tempore eſt in actu actualitate preſentialitatis vt diſtinguitur contra preteritum et futurum: licet non habeant actum ſeparatum. ſed in quolibet inſtanti temporis menſurantis motum alicuius diuiſibilis ad vbi mobile eſt in actualitate preſencie in vbi aſſignato. ergo ſi motus ad vbi eſſet poſſibilis. ſequitur quod mobile in actu fundatur in infinitis vbi et quod infinita actu eſſent pertranſita. conſequens eſt falſum et contra philoſophum 3° huius. ¶ Item ſi motus ad vbi eſſet poſſibilis ſequeretur quod veloci mobili exiſtente in principio magnitudinis. et mobili tardo in medio magnitudinis vel in medio medietatis ſpacij: ipſis incipientibus ſimul moueri: quod nullam magnitudinem pertranſibit tardius antequam attingetur a velociori. tanta poteſt eſſe velocitas ex parte velocioris excedens. conſequens eſt falſum ergo et antecedens. falſitas conſequentis patet. nam iſtud claudit contradictionem. quod mobile velox ſit incipiat motum cum tardo: et quod attingat mobile tardum per motum antequam exeat vbi a quo incipit moueri. conſequencia patet. Nam ſi mobile tardius tantum in aliquo tranſeat de ſpacio antequam velocius diuentum ſit ad vbi a quo mobile tardius incipit moueri: illa pars quantumcunque modica eſt aliquota totius ſpacij intercepti inter mobile velocius in principio motus et tardius: ſic quod ſit in decupla proporcione ſe habens: volo quod mobile velocius excedat in velocitate mobile tardius in viceſima proporcione ergo in tempore in quo mobile tardius pertranſibit decimam partem ſpacij intercepti inter terminum a quo incipit moueri: mobile velocius vlterius pertranſibit de ſpacio vlterius tardius per nonem ꝑtes ſpacij equalis ſpacio qđ mobile tardiꝰ poteſt tunc ꝑtranſire. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ mobile tardiꝰ non poteſt tantū pertranſire de ſpacio: quantū eſt anteꝗ̄ mobile velocius deueniat ad c a quo mobile tardiꝰ incipit moueri

¶ Item arguitur per rationes zenonis quas ponit phūs ſexto hꝰ et arguꝰ ſolum duas ¶ Prima eſt iſta ꝙ omne qđ mutatur per aliquod ſpaciū prius ꝑtranſibit mediū anteꝗ̄ attiget finē et iſtud mediū eſt diuiſibile in duo media equalia. ergo prius ꝑtranſibit medium iſtiꝰ medij ꝗ̄ attiget finē ¶ Eodem modo arguam de medio iſtiꝰ medij. et ſic in infinitū cum continuū ſit infinitū diuiſibile. ſed ꝑtranſire magnitudinē infinitā in actu eſt impoſſibile ergo impoſſibile eſt moueri ad vbi ¶ 2ª ratio zenonis eſt iſta. Si motus eſſet ad vbi poſſibilis: velociſſimū nunꝗ̄ attingeret tardiſſimū. probo pono ꝙ mobile velociꝰ excedat in decuplo in velocitate mobile tardiꝰ: cum hoc pono ꝙ mobile velociꝰ ſimul incipiat motū a principio magnitudinis. a. b. c. et mobile tardiꝰ a medio. b. ab ipſo. b ¶ Tunc ſic arguitur ¶ Anteꝗ̄ mobile velocius deuentum ſit ad. b. mobile tardius aliquid tranſiuit de ſpacio ultra. b. quod probo. quia ſi tardū adhuc ſit in. b. per totum tempus per qđ mobile velocius mouebatur ab. a. in. b. ergo in toto tempore quieſcebat ergo per conſequens non inceperunt ſimul moueri ¶ Tunc accipio terminū iſtū in quo eſt mobile tardū vel ad quē mouetur tardū quando mobile velox eſt in. b. et ſuppono terminꝰ. c. et tunc arguo ſicut prius. anteꝗ̄ mobile velox ſit deuentum ad c. vel mobile tardū aliquid ultra. c vel nichil. ſi nihil ergo in toto tempore in quo mobile velox mouebatur a. b. in c mobile tardū quieuit in. c. et tunc non mouebatur. ſed ſuppoſitum erat ꝙ continue moueretur. ergo neceſſario tranſiuit aliquid ultra c. et tunc ſic ſit ille terminꝰ. d. et arguam in infinitū et procedam ſicut prius ¶ Ad oppoſitū eſt phūs qui ponit motum et ad vbi et motum circularem eſſe poſſibilē

¶ Reſpondeo. primo premittā quedam preambula. 2º dicam ad queſtionē ¶ Primū preambulum eſt iſtud. ꝙ cum omnis motus ſit a contrario in contrariū et ad vbi ſit motus: ideo in vbi eſt aliqualis contrarietas: non ſecundū ſe ſed in comparatione ad aliquod extrinſecum. vnde aliquando diſtantia accipitur in comparatione ad motū grauium vel leuium. cuiuſmodi terminꝰ ſunt concauū orbis lune et centrum ¶ Aliquando accipitur iſta contrarietas penes appetitum ipſius mouentis. puta ſi quis tendat ire ad domum et ibidem quieſcat: tunc illud vbi in quo quieſcit diſtat maxime ab vbi in quo incipit moueri: et hoc in comparatione ad appetitum mouentis: nec aliter in vbi eſt motus nec contrarietas ¶ Secundū eſt iſtud. ꝙ eſt intelligendum per vbi ¶ Dico ꝙ vbi communiter dicitur ꝙ ſit circumſcriptio corporis locati a loco circumſcriptione proueniens. Per iſtam circumſcriptionem poſſumus tria intelligere. Uno modo poſſumꝰ per circumſcriptionem intelligere ipſam circumſcriptionem actiuā ipſiꝰ loci. quatenus intelligitur a loco actiue procedere ¶ Alio modo poſſumus bene intelligere per circumſcriptionem ipſam quod eſt ſitus corporis circumſcripti paſſiue ¶ Tertio modo poſſumus intelligere per ipſam quoddam eſſe relictum in corpore a loco circumſcribente. per iſtam circumſcriptionem nec vbi eſt actus effectiue procedens a loco, nec vbi eſt paſſio ipſius locati ſed ut eſt quidam actus inherens mobili capiens diſtinctionem et diuerſitatem a loco circundante. non tamen conſimiliter ut eſt ab illo effectiue. et ſic eſt genus. ¶ Tercium preambulum eſt iſtud. quod terminus motus localis eſt duplex. quidam intrinſecus qui intrinſece adquiritur mobili tanquam ſubiecto. ¶ Eſt alius terminus extrinſecus et hoc eſt ipſe locus. locus enim non adquiritur a mobili. niſi ſicut menſura extrinſeca. locus autem eſt in locante non in locato: tamen iſte motus denominatur a loco: communiter enim uocamus iſtum motum motum localem: et una cauſa eſt. quia locus eſt nobis notior quam ſit ubi. ¶ Alia cauſa eſt. quia locus eſt undique corpori locato adequatus: ſicut ſi eſſet ſibi forma inherens. ¶ His uiſis pono duas propoſitiones. ¶ Prima propoſitio eſt iſta: quod ipſum ubi formaliter ſumptum accipitur in inſtanti. Probatur ſic. Illud quod eſt aliud et aliud in alio et alio inſtanti et deperditur totum ſimul in inſtanti: accipitur in inſtanti. ſed ubi eſt huiuſmodi ergo et cetera. ¶ Maior probatur per quandam rationem ſuperius adductam. quia ſi mobile in duobus inſtantibus eſt in eodem ubi ſaltem ſecundum partem. ergo ſecundum partem quieuit. unde ariſtoteles ſexto huius ponit quod mobile in quolibet inſtanti eſt in alio et alio ſpacio ſibi equali. ¶ Unde ſciendum quod ipſum adquiri in inſtanti poteſt eſſe dupliciter. Uno modo quod eius adquiſitio et eius uia adquiſitiua que eſt motus ſit in inſtanti: et hoc eſt falſum quia motus eſt in tempore. ¶ Alio modo quod ipſum ubi adquiratur in inſtanti. ubi ſciendum 2o. quod aliter eſt in motu locali et aliter in aliis motibus. quia in aliis motibus terminus adquiritur quantum ad eſſe ſuum formale partibiliter. quia terminus habet partem: licet eſſe adquiſitum cuiuſlibet partis ſit in inſtanti. In motu autem locali licet terminus extrinſecus partibiliter adquiratur ſcilicet ipſe locus. tamen terminus intrinſecus motus localis. puta ipſum ubi: cum non ſit niſi quidam reſpectus extrinſecus cauſatus a circumſcriptione loci actiue: ideo uariatur ad uariationem ipſius. cum ergo mobile in quolibet inſtanti ſit in alio et in alio loco: ſic quod non ſit aſſignare inſtans in quo mobile nec aliqua pars mobilis ſit in eodem loco ſicut prius aliter quieſceret in tempore intermedio. ideo ſequitur quod ſicut in quolibet inſtanti ſit alius et alius locus. ita pariformiter in quolibet inſtanti ſit aliud et aliud ubi. ¶ Ex eo ergo quod adquiſitio ipſius ubi et eius uia adquiſitiua puta motus eſt in tempore licet adquiſitum eſſe ipſius ſit in inſtanti hoc tamen non obſtante poteſt eſſe terminus motus. ¶ Sed eſt dubitatio quia non uidetur motus differre a mutatione. quia per te terminus motus adquiritur in inſtanti licet eius adquiſitio ſiue uia adquiſitiua ſit in tempore. Idem ego dicam de generatione quia uia adquiſitiua forme ſubſtantialis eſt in tempore. eius tamen introductio et adquiſitum eſſe eſt in inſtanti. ¶ Dicendum quod quantum ad hoc non eſt differentia. ſed eſt differentia quantum ad hoc. quod motus eſt a ſubiecto in ſubiectum. Mutatio autem non eſt a ſubiecto in ſubiectum ut generatio ſed a non ſubiecto in ſubiectum. uel a ſubiecto in non ſubiectum ſicut eſt corruptio. Uel etiam poteſt attendi differentia quantum ad aliquos terminos ipſius motus. quia in motu terminus adquiritur partibiliter. de forma autem ſubſtantiali non eſt ſic ſaltem ſemper. ſed in contimotu hoc est semper extrinsecum ad terminum extrinsecum. quod dico propter motum localem cuius terminus adquisitus est locus qui adquiritur partibiliter licet terminus intrinsecus puta ipsum ubi non sic partibiliter adquiratur. in aliis autem motibus quilibet terminus adquiritur partibiliter. ¶ Est etiam differencia quia in mutatione puta qua forma substancialis debet generari vel corrumpi: requiritur alteratio precedens. non autem sic oportet esse in quolibet motu: licet autem contingit in quibusdam ¶ Secunda propositio est ista quod ipse idem locus vel terminus extrinsecus motus localis quod idem est adquiritur partibiliter. quia non oportet adquiri nisi sicut est. sed locus habet partem extra partem patet. est enim ultima superficies corporis continentis. superficies autem cum sit quantitas divisibilis est: similiter locus quantitas est. ¶ Et hec propositio patet ad sensum quia si aliquod mobile moveatur ad aliquem locum: prius una pars est in una parte spacii et postmodum in alia et sic ¶ Sed est dubitatio contra hoc quia suppono quod aliquod corpus planum descendat ad aliquem locum. videmus enim sensibiliter quod locus ultimatus est totus adquisitus simul: sic quod nulla pars huius mobilis non est prius in una parte loci quam in alia. et si sic si tota descenderet et caderet deorsum videmus quod utraque pars simul est in loco ad quem movetur tota ¶ Dicitur quod aliter est in motu qui est ab latere in latus: puta si una moveretur in plano super istam paginam. aliter est in motu qui est de deorsum in sursum vel econverso. quia in primo motu primo una pars mobilis est in una parte quam in alia. ut patet ad sensum. In alio autem motu licet extrinsecum ad spacium intrinsecum sit quedam impartibilitas. sed si lapis descendat: apparet quomodo lapis est primo in una parte et postea in alia et sic successive recipit tamen extrinsecum ad locum ultimatum in quo quiescit puta in terra non est ista adquisitio sic partibiliter licet bene illa adquisitio huius termini sit partibilis. ¶ Sed est dubitatio circa predicta. utrum per aliquam potentiam manente corpore in loco: corpus possit esse sine ubi. ¶ Et videtur quod non. quia positis extremis alicuius respectus et applicatis quod dico propter respectus extrinsecus advenientem: necessario ponitur ipse respectus. sed ubi est quidam respectus inter locatum et locum extrinsecus ut alibi est ostensum. ergo applicatis loco et locato sequitur necessario ipsum ubi. ¶ Item agens naturale approximatum passo disposito necessario agit non impeditum. sed locus est quoddam ens naturale cui debetur circumscriptio activa. et approximato sibi circumscriptibili quod est receptibile et passivum respectu circumscriptionis active puta ipsum locatum: sequitur necessario quod locus causasset ipsam circumscriptionem passivam in ipso locato. Sed ista circumscriptio passiva nichil aliud est quam ubi et cetera. ¶ Ad oppositum quia si deus preciperet istos tres pueros. Sydrach. Misael. et Abdenago quod in igne positi non comburerentur: ita quod fuit passum actum naturale approximatum passo disposito a sua actione: ita posset circumscriptionem actuam loci in locato. quod locus non causet ubi in locato ¶ Ad. ubi primo conceditur secunda propositio nec ¶ Prima propositio est ista. quod non est sic ubi naturale. quod locatum continetur in loco. ipsum non habeat ubi in loco propter [illegible] [illegible]. quia agens naturale approximatum passo disposito propter illam naturam non potest non agere

¶ 2ª ꝓpoº est ista. ꝙ per dei potenciā hoc est optime possibile: ꝓbo sic. Omne absolutū prius alio natura distinctū essentialiter ab ipso: potest per aliquam potenciam separari. Ista fuit superius ꝓbata ad multas instancias. sed locatū est prius ipso vbi. ⁊ similiter loc9 est prior circūscriptione actiua ⁊ oppꝯsita ab ipsis. ergo deus pōt facere: ꝙ loc9 ⁊ locatū sint ⁊ ꝙ sint approximata: ⁊ tamen non habent vbi formaliter: ita ꝙ tūc tale locatū nō erit alicubi formaliter. hoc ē nō habebit aliqd vbi formaliter. ⁊ tamen erit alicubi fundamentaliter. hoc est ꝙ erit ī aliquo loco. Nā separato ubi corpus tale l' erit alicubi uel nō. si est alicubi ergo habet aliqd vbi. quia alicubi cōponit' ex aliq̄ ⁊ vbi. Si nō ē alicubi ergo per consequens est nullicubi. sed esse nullicubi nichil aliud ē ꝙ ī nullo loco esse ergo per ꝯñs non est in loco quod est ꝯ suppositū. patet soluº prius. quia hoc posito non est alicubi formaliter sed solum fundamentaliter. hº est quoniam est ī aliquo loco ¶ Ad alias rōnes patet soluº: ꝙ oēs ꝓcedunt uia nature ¶ Aliter ꝗ loquēdū ē ꝯ uiā nature ⁊ aliter secūdū dei potēciam

¶ His uisis uideo ad rōnes principales

¶ Ad primā dico. ꝙ non sequitur vbi non suscipit magis ⁊ min9. ergo ad ipsm non est mot9. cū quantitas nō suscipit magis ⁊ mi9 ꝗ tantū extensiue ꝯmo ⁊ ipsm vbi suscipit magis ⁊ mi9 fundamentaliter ꝙtum ad locū. nō ꝙ loc9 sit ꝓpe fundamentū ipsi9 vbi. sed quia funda' ī aliq̄ quod ē ī ipso loco puta ī locato. Patet etiam quō in vbi est ꝯtrarietas: quia hoc fuit iam declaratum in preambulo ¶ Ad 2m dico ꝙ motus est vn9 termin9 intrinsec9. et iste termin9 est in motu locali. bene autem potest habere duos terminos vnū intrinsecū ⁊ aliū extrinsecum.

¶ Ad terciū dico. ꝙ licet vbi ꝙtū ad suū esse formale impartibiliter adquiratur. ꝙtum tamen ad esse fundamentale puta ꝙtum ad ipsum locum partibiliter adquiratur. Vnde sicut fuit declaratū. non oportet ꝙ in oī motu: quod dico ꝓpter motum localē: quia ī aliis bene licet terminū intrīsecū impartibiliter adquiri: licet ei9 uia sit bene impartibilis. quā quidem partibilitatem habet ex spacio super quod est motus vt patet sexto ph9. Et cum adducitur ꝙ nullum instans adquisitū est termin9 motus. verum est accipiendo ly adquisitū pro adquisitione prima. vt si dicamus. cui9 adquisitio est in instanti ipsum est termi9 motus ⁊ hoc ē verum. sumendo ergo adquisitionē pro adquisitione esse: maior est vera. et cum adducitur. ꝙ ad indiuisibile nō est mot9

¶ Dico ꝙ verum est si sit indiuisibile formaliter ⁊ fundamentaliter. licet autem ipsum vbi sit indiuisibile formaliter non tamen fundamentaliter. puta ꝙtum ad locum: ex quo sit eius fundamentum dictū est prius ¶ Ad ꝯfirmationem dico. ꝙ translato mobili ubi corrumpitur. vel ad loci distinctionem cum mobili. vel ꝓpter motū localem. vbi enim est esse locati ⁊ mensuratiue in hoc loco. sed recedente ipso ꝯmensuratiuo: et illud esse ad hūc locum deficit ¶ Ad quartū vnus dicit. ꝙ licet ista circunscripº q̄ est vbi ꝯsistat in indiuisibili in ꝯparatione ad locum et ad polos: vel ad intelligentiam mouentem celum a q̄ loc9 capit suam immobilitatē vt dicit tamen in ꝯparatione ad partes quantitatiue mobilis adquirentis vbi: diuisibile est ⁊ diuisibiliter adquiritur. hec ille. Sed hoc non capio vt patet per ꝙ̄d rōnē iam adductam. iō supra ad istā dignitas ¶ Ad quintum dico. ꝙ nō eſt inconueniens concedere infinita ſiue vel infinitas partes ſpacii actu actualitate ꝑſentialitatis eē pertranſitas: dūmodo ſit ꝑ accidens ¶ Ad cuius euidentiā ſunt duo notanda.

¶ Primū eſt. quot modis contingit indiuiſibile intelligi in actu. ¶ Et dico ꝙ tripliciter. Uno modo ſic ꝙ habeat eē actu ſeparatum: ⁊ hoc eſt impoſſibile. ¶ Alio modo indiuiſibile dicitur eē in actu actualitate terminationis ⁊ ſic indiuiſibile quod terminat continuū dicitur eē in actu. 3o modo dicitur eē in actu actualitate continuationis. ¶ Et ſecundū hoc contingit dupliciter. Uno modo ſi mobile aliquod quieſcat in aliquo ſigno continuante unā partem lineę cum alia. ⁊ ꝑ hoc mobile tunc dicitur ſignare pūctum in actu quando actu pauſat ſuper aliquod punctum. ¶ Alio mo indiuiſibile continuans partes magnitudinis dicitur eē actu actualitate ꝑſentie: ⁊ iſto modo quilibet punctus in linea dicitur eē in actu. ⁊ inter iſtas actualitates ē gradus. ꝙ prima ſi eēt poſſibilis eēt maxima. 2a eſt poſſibilis ⁊ minor prima. 3a eſt poſſibilis ⁊ minor ſecunda. ſz quarta actualitas eſt minor omnibus. ¶ Ideo ſecundū modū loquendi commentatoris ⁊ ariſtotelis. Indiuiſibile continuans aliquas partes alicuius continui eſt in potentia: quod intelligendū eſt ad actualitatem ꝑ quā terminat.

¶ 2o eſt notandū. ꝙ in quolibet continuo ſunt duplices partes. ſ. eiuſdem quantitatis et eiuſdem proportionis. ſicut habetur a commentatore 3o huius co. de infinito. ⁊ ſexto huius cōmento 68. ſecundū hoc ergo in quolibet continuo ſunt quedam partes finite ⁊ quedam infinite. ⁊ utrumque eſt de ratione continui. Infinitas enim ineſt ſibi ſecundū partes eiuſdem proportionis que eſt diuiſibile in infinitum. finitas enim ineſt ſibi ſecundū partes eiuſdem quantitatis. ¶ Ex quo patet quomodo finitas ⁊ infinitas ⁊ infinitas ſunt paſſiones quantitatis: que hec videntur contraria: ſed nō ē ita que non ſunt ſecundū idem. Patet etiam quomodo in motu non eſt dare primam partem nec ultimam. ⁊ ſic patent per iſta in philoſophia multe controuerſie.

¶ Hiis ergo poſitis ⁊ premiſſis dico. ꝙ tranſire infinita in actu actualitate ſolum ꝑſentie. i. non aſſignando actualem quietem: nō eſt inconueniens ꝑ accidens. qualiter autem per accidens infinita ſunt pertranſita ē intelligendū. ꝙ iſte partes eiuſdem proportionis comprehenduntur a partibus eiuſdem quantitatis. nunc autem pertranſitio que fit per motum ſuper aliquam magnitudinem ꝑ ſe competit magnitudini ſecundū ꝙ eſt finita: quā finitatē capit ex partibus eiuſdem quantitatis. ita ꝙ infinita non ſunt pertranſita magnitudinem talem ſz inquantum comprehenduntur a partibz eiuſdem quantitatis ¶ Ad ſextum dico ꝙ ſuppoſito ꝙ velocitas mobilis: poſſit intendi in infinitū non ē dare aliquā partem ſignatam quā tardius poſſit pertranſire anteq̄ attingatur. nec ex hoc ſequitur ꝙ attingatur anteq̄ aliquantulum pertranſeat. que in ſpacio ꝙ ē ex natura ſua ē infinitū diuiſibile: oportet ꝙ ſint partes indeterminate et vage. Unde infinita inquantū infinita ſunt partes infinite ⁊ indeterminate. ⁊ ideo quantumcunque velox inſequens tardum excedat in velocitate dūmodo tranſit ꝑ motum: aliquid pertranſibit mobile tardius anteq̄ attingatur. nullam tamen partem aſſignatam contingit dare ⁊ hoc probat ratio ¶ Ad rationes zenonis patet. quomodo infinita poſſunt eē pertranſita ꝑ iam dicta. ¶ Ad 2m cum dicitur ꝙ mobile tardius aliq̄ ꝑtranſiuit de ſpacio anteq̄ mobile velocius deuenit ad terminū a quo mobile tardius incepit moueri: concedo: ⁊ quādo vlterius arguitur ꝓ eandē: q̄ ſemper ꝯcludit eadē racio quacumq̄ parte media ¶ Et quādo dicitur ergo nunq̄ attingetur. ¶ Dico q̄ non ſequitur. ſ₃ eſt fallacia ſecundū q̄d ad ſimpliciter. ſolum enim illud ſequitur attendendo ad illum ꝓceſſum ſ. q̄ mobile velox ⁊ mobile tardū diuidunt ſpacium ſecundū ꝑtes eiuſdem ꝓporcionis: ⁊ ſecundū hoc verum eſt q̄ nunq̄ attingeretur. vnde non ſequitur: non attingitur ſecundū iſtas ergo non attingitur vt dictum eſt. vnde iſta infinitas eiuſdē ꝓporcionis accidit magnitudini vt ipſa ſit ꝑtranſita. attendendo autem ad alium ordinē partiū vt eiuſdē q̄titatis ſecundū quas totum eſt ꝑtranſitū et ꝑtranſibile: que partes comprehendunt iſtas. bene tamen eſt ꝑtranſibile ⁊ attigibile. ⁊ ſic finitur iſte q̄ntus liber.

Circa ſeptū huius q̄ro hanc queſtionē. Vtrum quodlibet ꝯtinuū ꝯponitur ex diuiſibilibus ⁊ reſoluatur in ſemper diuiſibilia. Et videtur q̄ non. Primo q̄ ſequeretur q̄ in ꝯtinuo eēnt aliq̄ ꝑtes a deo incognite. ꝯñs eſt falſum ergo antecedens. falſitas ꝯſequentis patet q̄ deus nichil ignorat: aliter eēt imꝑfectus. ꝯña ꝓbatur q̄ omnes ꝑtes quas deus ſcit in ꝯtinuo. vel ſūt diuiſibiles vel indiuiſibiles. ſi indiuiſibiles habetur ꝓpoſitū. ſi diuiſibiles cū omne diuiſibile ſit diuiſibile in aliud a ſe. ergo ꝑ ꝯñs vltra omnes ꝑtes quas ſcit in ꝯtinuo ſunt alique alie partes. ſed iſte partes que ſunt alie ab omnibꝫ ꝑtibus que ſunt a deo cognite ſunt a deo nō cognite ⁊ ꝑ ꝯñs incognite ergo ⁊c. ¶ Item ſi linea diuidatur fiunt duo puncta poſt diuiſionē: non eſt ergo mediū quod patet. q̄ ſi ille due linee adinuicē applicentur non eſt mediū ergo nec prius ante diuiſionē erat aliquod medium. ¶ Confirmatur. q̄ quādo linea diuiditur: q̄ro ſup q̄d cadit diuiſio. vel enim cadit ſup punctū ita q̄ vnus punctus fiat duo per diuiſionē. vel cadit inter duo puncta in potencia in linea que poſtea ſunt actu ꝑ diuiſionē. ¶ Confirmatur q̄ ſi ipſa linea diuidatur fiunt duo actu terminancia. Nō poteſt dari q̄ punctus eſt omnino indiuiſibilis. ſi detur 2m habetur ꝓpoſitum ¶ Ad oppoſitum eſt ariſtoteles in hoc ſexto ¶ Reſpondeo. vbi ſic procedam. Primo recitabitur vna opinio ꝯtradictoria opinioni ariſtotelis. 2o dicta opinio improbabitur ⁊ ponetur opinio vera. 3o ex hoc videbitur ꝓpoſitum. vtrum indiuiſibile ſit immediatum indiuiſibili. ¶ Quantū ad primū eſt ſciendū q̄ eſt vna opinio fratris geraldi odonis q̄ ponit ꝯtinuū quodcumq̄ ꝯponi ex indiuiſibilibus. ⁊ reſolui in indiuiſibilia. Hec autem opinio ꝓbatur ſic ¶ In omni ordine eſſencialis dependencie eſt ſtatus ſimpliciter ad aliquod ſimpliciter primū in ordine illo nō dependens ab aliquo alio in ordine illo. ſed totum ꝯtinuū dependet a medietatibꝫ ⁊ iſte medietates ab aliis ergo neceſſe eſt ſtare ad aliquod primum ſimpliciter independens. et ad aliud ꝯtenti ꝙ nullo modo est totum. talis autem ꝓs oꝫ ꝙ sit indiuisibilis. aliꝰ non eēt simpliciter ꝑma ꝗ. Maior patet. qꝛ ēēntialis dependencia ē in qua posterius dependet a ꝑoze. sic ꝙ ꝯtradictionem implicat eē posterius sine ꝑoze. ⁊ ꝙ in tali ordine sit ꝑᵐ simpliciter patet. qꝛ ēēntialis dependencia tenet oppoᵐ inesse. ⁊ nullum oppositum tenet nisi sit terminata l ēē. ⁊ h̄ est ꝯpoᵒ phi 2ᵒ methaᵉ. Minor ꝓbatur. qꝛ ꝯcius cubitus dependet a duobus semicubitis. sic ꝙ ꝯdictio est cubitum eē ⁊ semicubitū nō eē ꝗ ⁊c.

¶ Item 2ᵒ sic. Omne totum ꝯpositū ex ꝑtibꝫ ꝯel magtudinibus multitudine infinitis: sicut ꝯponitur cubitus ex duobus semicubitis est magtudo infinita. sed nullum ꝯtinuū est magtudo actu infinita ꝗ ⁊. Maior claudit ꝑdicatū in subiecto. Sicut enim duo semicubiti reddunt ꝗtitatem cubiti. sic magnitudines multitudine infinite: reddunt magtudinem infinitam. ꝯnde nullū ex infinitis potest fieri finitū nec eꝯᵒ ꝗ.

¶ Item 3ᵒ sic: ꝯtinuū potest eē ultimatū diuisum ꝗ non est diuisibile l infinitū. ꝯña patet. ⁊ añs ꝓbatur. Oēs possibilitates ꝑ se nullū ordinē includentes uel habentes quarum ꝗlibet potest eē ad actū reducta i aliꝗ instanti: possunt simul eē i aliꝗ instanti reducte. sꝫ diuisibilitates ꝯtinui sunt huiꝰ possibilitates nullū ēēntialem ordinem habentes. ⁊ ꝗlibet istaꝝ potest eē ad actū reducta in aliꝗ instanti. ꝗ oēs simul sumpte possunt eē ad actū reducte in a instanti. Maior patꝫ qꝛ oēs possibilitates non habent incompossibilitates qn simul possunt ad actū reduci ni dicatᵘ ꝙ est ꝑsuppositionis ꝯel oppositionis. sed ꝯtinui diuisibilitates non habent oppositum ꝯel ꝑsuppoēm inter se ꝗ ⁊c. Minor ꝓbatur. qꝛ non habent ordinem oppositionis cum non opponuntur. cum opposita nata sunt fieri circa idem. Nec habent ꝑsuppositionē. qꝛ possibilitas ꝯcius potest reduci alīa nō reducta quod sic patet. ꝯna non potest reduci ad actum nisi ꝑmo reducatur possibilitas altera nō reducta puta sicᵘ ⁊c.

¶ Item quarto sic. Omnis potentia potens componere ꝯtinuū ex omnibus ⁊ singulis ꝑtibus suis. potest ꝑ ipsum resoluere l omnēs ⁊ singulas partes suas. sed omnis potencia diuina potest ꝯponere ꝯtinuum ex omnibus ⁊ singulis ꝑtibus suis. ꝗ oīs potentia dei potest resoluere ꝯtinuū in omnes et singulas partes suas. Maior patet: qꝛ per easdem causas per quas ꝯcīū constituitur: potest idem destrui. Minor patet qꝛ ꝯel in ꝯtinuo est aliqua particula ꝯel aliqua ꝯcio que non est a deo: ꝯel non. sꝫ quelibet particula ⁊ quelibet ꝯcio est a deo. si non ꝗ illa erit increata quod est inconueniens.

¶ Et etiam qꝛ ꝗro tam de illa particula ⁊ de illa ꝯcione quam dicis non eē a deo: si deus potest resoluere eam in omnes ꝑtes suas ꝯel nō. si sic habeo ꝓpositum. Si non ꝗ aliqd ꝑꝰ potest ꝯnice ꝗ deus diuidere: ⁊ idem arguitur sicut ꝑus. qꝛ quecunqꝫ ꝑtes ꝯtinui possūt ꝯiungi ꝑ aliquā potentiam per eandem possunt separari

¶ Confirmaᵗ 2ᵒ. Omnem simultatem potest deus separare a quacumqꝫ re que non est illa res nec dependeat ab illa. sed ꝗlibet pars ꝯtinui differt ab aliis ⁊ nō dependet ab eis in eē. ꝗ deus potest separare quālibet ꝑtem ab alia

¶ Confirmatur 3ᵒ qꝛ nulla potentia passiua est in rebus excedens oēꝫ potentiam dei. sed ꝯtiᵘᵐ ꝗ i poᵃ passiua ad diuidi ergo illa non excedit omnipotentiam dei ¶ Item quarto ſic. Omne commenſurabile per replicationē indiuiſibilium componitur ex indiuiſibilibus. ſed continuū eſt huiuſmodi ergo et cetera. Maior patet ſic. Indiuiſibile poteſt localiter moueri ſuper ſpaciū: ergo poteſt per ſpacium menſurari per replicationem indiuidualem. Antecedens probatur. Omne quod variat ſitum ſuum reſpectu potest ſuper aliquam magnitudinē localiter moueri. patet. quia illud dicitur moueri localiter quod variat reſpectū ſitum quem habet in loco. ſed indiuiſibile eſt huiuſmodi ergo et cetera. Minor patet quia ſi linea moueretur punctus qui eſt vltimū lineae habet determinatum ſitum in linea ſuper quā mouetur. tunc a tota linea neceſſario mouetur et punctus mutat ſuū ſitum. hoc idem poſſet probari de ſpera tangente planū in puncto: et puncta in plano. nulla enim eſt repugnantia quod ſit aliqua vna ſpera et aliquod corpus planū: et iſta ſecundo applicentur per contactū: iſte contactus nō erit niſi punctalis. vt probari poteſt geometrice. quia ſi daretur quod ſe tangerent plus quam in indiuiſibili: ſequeretur quod planū et curuū eſſent applicata quod eſt impoſſibile ¶ Item ſexto. ſi continuū eſſet diuiſibile in infinitum eſſent equalia: conſequens eſt falſum ergo antecedens. Conſequentia probatur. quia eſſent compoſita ex partibus numero et magnitudine equalibus. numero quia in quolibet eſſent partes infinite et quot poſſunt accipi in maiori tot poſſunt accipi in minori: cum nō poſſet dari maius infinito et ſic eſſent equales magnitudine. quia ſi eſſent partes vnius maiores quam partes alterius puta in ſecundo iſte partes diuiderentur in medietates. et per conſequens in vna parte eſſent infinite et in alia ſimiliter: et per conſequens eſſet dare maius infinito ergo et cetera.

¶ Item impoſſibile eſt continuum eſſe actu diuiſum in infinitum. ergo impoſſibile eſt ipſum diuidi in infinitū conſequentia probatur. quia quod impoſſibile eſt factum eſſe: impoſſibile eſt fieri: primo celi et mundi ¶ Sed contra iſtam opinionē arguitur. quod continuū non componatur ex indiuiſibilibus nec reſoluitur in indiuiſibilia primo reſoluitur in ſemper diuiſibilia. Hanc autem probo ſic. per rationes ariſtotelis quas ponit in hoc ſexto ¶ Prima ratio ſic formatur a commentatore. Illa ex quibus continuum componitur diuidi in vltimū et habens vltimū. ſed puncta non poſſunt diuidi in vltimū et habens vltimū ergo continuū non componitur ex indiuiſibilibus. Maior probatur ab ariſtotele per diffinitionem continuorum. Continua ſunt quorum vltima ſunt vnū. ergo illa que ſunt continua habent vltimum: aut eſt vltimū aut habens vltimū. Minor probatur. quia tunc indiuiſibile eſſet diuiſibile ¶ Item Illa ex quibus componitur continuū ſunt tangentia ſe tactu continuitatis ex quorum tactu reſultat magnitudo. Sed puncta vel indiuiſibilia non poſſunt continuare nec ſe contiguare: nec ex eorum contactu non reſultat magnitudo ergo et cetera. Maior patet per diffinitionē continuorum. vnde ſexto huius dicitur. quod quecumque ſunt continua: illa etiam ſunt contigua. ſed non econtra. Minor probatur ſic: quia in quolibet tactu vel totum tangit totum. vel pars tangit partem ſed puncta non tangunt ſe ſecundum partem: cum non habeant partem. ſi ergo ſecundum totum. tunc eorum tactus erit ſuppoſitio: et ſic non facient magnitudinem. quia de ratione magnitudinis eſt. quod eius partes ſint in ſitu diſtincte. cum ſcilicet omnis magnitudo habeat partem extra partem.

¶ Iſta racio communiter declarata eſt ſoꝛma. qꝛ de virtute ſermonis minoꝛ ꝓpoſiᵒ poteſt reduci ꝯtra philoſophū niſi aliter declararetur. qꝛ duo corpora ſe tangunt in ſuperficie. gͦ ſequitur ꝙ ſuperficies eſt pars corporis. cuius oppoſitum intendit probare

¶ Item due linee ſe tangunt in puncto tantum. gͦ ſequitur ꝙ pūcta ſunt partes linee cuius oppoᵐ ꝓbarē intendit. gͦ videtur ꝙ rō phi militet ꝯ ipſum. vnde ſi rō bene intelligat᷑ ꝛ adducatur ad intellectū: quō hūit non ad vba trāſlationis nō dubito ꝙ demonſtrat. Nō enim accipit ibidē phus ꝑte ꝑtem. ſed vocat ꝑtem oē illud qd eſt ꝑ ſe aliqͥd alicuꝰ dū tamen non ſit totum. ¶ Et ſi dicatur ꝙ omne qd eſt aliqͥd alicꝰ ꝑ ſe. vel ē totum vel pars. ¶ Dico ꝙ falſū ē qꝛ terminꝰ non eſt ipſa res: nec eſt pars eꝰ ꝓpe dicta. ſicut dico a ſimili. cū punctus ſit terminꝰ linee: non eſt pars lie nec eſt idē ꝙ liā: ſed eſt terminꝰ cōtinui. ¶ Et ſimiliter de inſtanti reſpcū temporis. ꝛ de mutato eē rᵒ motus

¶ Pꝛopoᵒ gͦ phi ſic intelligitur. ꝙ illa que ſe tangun. vel ſe tangūt ſe totis. vel ſe tangūt ſecundū aliqͥd ſui ꝛ aliqͥd non. ſed puncta non ſe tangunt ſecundū aliqͥd ſui: ꝛ ſecundum aliqͥd non: cum punctꝰ ſit indiuiſibilis ꝛ ſimplex. gͦ tactus punctorum erit ſe totis. ꝛ ſic eoꝝ tactꝰ erit ſuꝑpoᵒ: ꝛ ſic ꝑ ꝯñs nō faciūt magnitudinem. qꝛ omnis magnitudo habet ꝑtem extra ꝑtem. ex ſuppoᵒᵉ enim nō poteſt fieri magnitudo habens ꝑtem extra partem. vnde ex ſuppoſitione nō poteſt fieri magnitudo in ꝓfundū cum gͦ punctus ſit indiuiſibilis ſecundū longū latum ꝛ ꝓfundū tactus ipſiꝰ cum alio puncto non faciet magnitudinem. qꝛ tactꝰ eiꝰ ſuꝑ aᵒ pūcto eſt ſuppoſito. ꝛ ita ꝯmentator declarat iſtam ꝓpoēm ſiue hanc rōeꝫ i hᵒ 6ᵒ.

¶ Et ſi dicatur ꝙ quādo due linee tangunt ſe eaꝝ vltimum erit ī eodem ſitu qd eſt falſum qꝛ tunc eēnt ꝯtinuū. ꝛ ꝑ ꝯſequens due linee eēnt ꝯtinue quādo ſe tangunt. qꝛ ꝯtinua ſunt quoꝝ vltima ſunt vnum

